34-3-L-8 93 3

# REPETITIO
## L. I. ff. DE LEGATIS PRIMO.

Magnifici ac celebratiſsimi Iuriſconſulti
D. Aymonis Crauettæ ex Sauiliano
ex Dominis Genolis Senatoris
Illuſtriſsimi Ducis
Ferrariæ.




BONONIAE,
Peregrinus Bonardus Excudebat.

# REPETITIO LEGIS .I. .ff. DE LEG.

## Primò Magnifici ac celebratiſsimi iuriſconſulti D. Aymonis Crauettæ ex Sauiliano ex D. Genolis Senatoris Illuſtr. Ducis Ferrariæ.

QVIA IN iſto tex. ponitur exæquatio legatorum & fideicommiſſorum, neceſſariò præſupponitur ꝙ ante ipſa exæquationem multę eſſent differētiæ inter ea, ego tetigi differentiam omnium difficillimam & amplius vtilitatis habentē circa modum ineundi aut deducendi in eſſe in rubrica. Circa alias differentias quæ clariſsimè
1 explicantur per Moder. hic, ad eos me remitto.

¶ Tangitur hic etiam illa quæſtio an exæquatio priuilegiorum trahatur ad futura priuilegia quādo fit verbis vniuerſalibus, & licet plurima dicta ſint de hac materia in d. rubrica: tamen quia quæſtio vtilis eſt & ſubtillis & malè iudicio meo declarata: ideo operæprecium futurum putaui ſi aliqua hic etiam adiungenda euremus. In hac quæſtione allegatur † dictum Bald. in .l. omnia C. de epi. & cler. ꝙ ſic, nam dicit Bald. ꝙ ſi priuilegia ſtudij Pariſienſis concedūtur ſtudio Toloſano per omnia intelligitur facta conceſsio etiam quoad futura priuilegia, per illam vniuerſalitatem per omnia: quæ vniuerſaliter debet intelligi etiam reſpectu temporis ideſt ſiue competant nunc ſiue in futurum competere poſsint & tám præſentia quàm futura.

¶ Ponderatur etiam dictio per ſignificans perſectionem .l. vrbana .§. pernoctare .ff. de ver. ſig. .l. qui procuratorem .ff. de procur. .l. 3. §. fi. ff. de arbitr. cum ſimil.

¶ Sed contra deciſ. prædictam arguit Crotus hic de tex. in .l. fi. §. i. ff. de legat. 2. vbi verba vniuerſalia non trahuntur ad futura. & per doctri. Bar. in .l. ſi ita. ff. de auro & arg. lega. vbi voluit ſecundum Crotum, ꝙ etiam legatum conceptū per verba vniuerſalia nó comprehendat futura Ad iſtud contrarium reſpondet Soc. hic ꝙ in d. .l. fi. dictio vniuerſalis reſpicit res legatas, & eas determinat, ideo futuræ nō veniunt ſecus ſi ſtet dictio vniuerſalis abſolutè, aut ſimpliciter per ſe & ſic vult Socin. eſſe differentiam an teſtator dicat lego omnes res meas, aut dicat lego res meas per omnia. nam quando ſignum vniuerſale adiicitur rebus, & eas determinat ſtat determinate & eas limitat ad res præſentes, ſecus quando vniuerſale ſignum non adiicitur rebus ſed per ſe abſolutè ponitur, quia tunc ſtat abſolutè & ſimpliciter etiam quoad futura, cum limitatè aut determinatè non ponatur. Conſequenter in quæſtione memorata vult Socin. differentiam eſſe an ſtudio Toloſano concedātur omnia priuilegia ſtudii Pariſienſis, & tunc futura non veniant, an concedantur ſtudio Toloſano priuilegia ſtudii Pariſienſis per omnia, quia tunc venient futura, & dicit Soci. ꝙ iſtam differentiam voluit Bar. in .l. ſi ita ff. de auro & arg. lega. ſequitur Ripa hic. Sed Crotus hic dicit ꝙ iſta doctri. Soci. non probatur lege, ideo quod curandum de ea non eſt, Sed non aduertit Crotus dum Soci. adducit pro ſe doctri. Bart. in d. l. ſi ita ff. de auro & argen. lega. quam, etiam adducit Ripa hic. Sed aduertendum quia Bar. non videtur cōſiderare an dictio vniuerſalis reſpiciat res, aut ſimpliciter ponatur & per ſe, ſed tantum conſiderat an adiiciatur ſignum vniuerſale rebus particularibus, puta ſi quis leget omnes res ſuas mobiles & immobiles & tunc futuræ non veniant, an adiiciatur bonis ſimpliciter & indiffinitè: puta ſi quis leget omnes res ſuas, & futuræ veniant per tex. in .l. quotiens .§. fi. ff. de vſufr. vbi quando legatur vſusfructus omnium bonorum intelligitur etiam de futuris bonis, ideò non videtur bona differentia Soci. an dicatur lego res mobiles per omnia, an dicatur lego omnes res mobiles, quia ſemper adiicitur ſignum vniuerſale circa res particulares, quæ extenſiones in futurum non æque reſpiciunt atq; res in genere ad ſpeciem aliquam nó reſtrictæ. Secundò contra Soci. conſidero quia ſecundum eum vbi ſignum vniuerſale adiicitur rebus, potius illud determinatur à rebus quàm determinet res, ex quo tam latè non operatur. Tertiò conſidero ꝙ attenta doctri. Soci. videretur per ſignum vniuerſale non ſolum non operari reſpectu futuri temporis, ſed nec etiam reſpectu ipſarum rerum, ita ꝙ non plures res venirent propter ſignū vniuerſale quàm venirent eo ceſſante. Quartò conſidero ꝙ immo doctri. Bar. videtur contra Soci. nam Bar. loquitur quādo ſignum vniuerſale adiicitur bonis indiffinitè nec ponitur abſolutè aut ſimpliciter per ſe, & tamen vult ꝙ trahatur ad futura per d. l. quotiens §. fi.

¶ Hic etiam conſiderandum eſt ꝙ tex. in d. l. quotiens §. fi. ff. de vſufruct. non videtur probare intentionem Bar. tripliciter conſiderando. Primò quia ibi non dicitur quod legatum comprehendat futura imo loquitur tex. de præſenti tantum .i. ꝙ legato vſufructu omnium bonorū

teſtatoris, ſi edes inceduatur debetur vſusfructus areæ quæ erat tempore legati, nec obſtat glo. ibi in ver. ſubſtantiæ quæ dicit præſentis & futuræ forte, quia mouetur glo. per .l. fi. C. quæ res pig. ob poſ. quæ .l. nihil facit: quia loquitur & procedit quando agitur de modico præiudico ſecundum Doc. ibi.

¶ Secundò conſidero contra Bar. ꝙ ſignum vniuerſale in d.l. quotiens .§. fi. erat adiectum bonis ſuis, & ſic illis tantum quæ ſua erant: & ſic videtur limitatum legatum ad bona quæ eſſent teſtatoris tempore legati, quia qualitas adiecta verbo debet adeſſe tempore verbi .l. in delictis .§. ſi extraneus .ff. de noxal. Bar. & Doc. in .l. ex facto ff. de vulga. Ideo glo. in d.l. quotiens §. fi. non auſa fuit ſimpliciter affirmare quod ibi veniant futura, ſed loquitur ſub dubio forte, & quando teſtator legat omnes res ſuas videtur legatum reſtringere ad ſuas tantum tempore legati. quia
2 † iſta pronomina meum tuum & ſuũ præſens tempus ſignificant .l. vxorem §. teſtamẽto .l. his verbis vbi glo. in ver. non deberi .ff. de lega iij. l. ſi ita ff. de auro & arg. lega. glo. in .l. ideoq; ff. de lib. & poſthu. Bald. in conſil. 112. de generali. col. ij. in prin. ver. huc accedit lib. ii. Ang. in conſil. 261. punctu eſt in anno col. 2. poſt. med.

¶ Tertió conſidero contra Bart. ꝙ tex. ibi æquiparat iſta duo, quando legatur vſusfructus omnium aut vniuerſorum bonorum, & quando legatur vſusfructus bonorum ſimpliciter & indiffinite: quia indiffinita æquipollet vniuerſali, .l. ſi pluribus .ff. de leg. ii. Ideo ſecundum illum tex. ſi in legato omnium bonorum veniunt futura, idem dicendum videretur in legato bonorum
3 indiffinitè, & tamen nos † habemus ꝙ legatum indiffinitè relictũ non trahitur ad futura, .l. Aurelius §. i. ff. de liber lega.

¶ Quartò conſidero ꝙ Bar. in d.l. ſi ita .ff. de auro & argen. lega. dum allegat d.l. quotiens .§. fi. ff. de vſufruct. loquitur eo caſu quo legatum bonorum idem importat ꝙ legatum hæreditatis, & ſic per nomen collectiuum vniuerſitatem ſignificans prout peculium & grex, quo caſu ſine dubio veniunt futura: quia iſta vniuerſalia recipiũt augumentum & diminutionem .l. grege .ff. de pignor. l. grege. ff. de lega. i. l. peculium in princ. ff. de lega. ii. l. pen. ff. de fundo inſtruc. & iſtud clariſsime voluit Bar. dum aſsignat rationem dicti ſui ꝙ ideò veniant futura in tali legato vniuerſali, quia videtur legari ſubſtantia aut hæreditas & hoc modo doctri. Bar. in tuto procedit. Sed eo caſu quo dictio vniuerſalis neceſſariò non cõprehendit futura nec refertur ad nomen collectiuum futura reſpiciens, tunc futura non veniunt. Ideo in caſu d.l. quotiens §. fi. illud legatũ vſusfructus omnium bonorum neceſſarió non importat nomen collectiuum vt legatus cenſeatur vſusfructus totius hæreditatis ex quo alius erat hæres vniuerſalis ad quem pertineret vſusfr. futurorum ob id quando teſtator inſtituto hærede alii legat vſumfructum omnium bonorum ſuorum, reſtringi videtur legatum ad bona præſentia, bonorum autem futurorum vſusfructus
4 pertinet ad hæredem, & in † legato per verba vniuerſalia ꝙ futura non comprehendat eſt glo. in .l. fina. in glo. i. C. quæ res pig. obli. non poſ.

¶ Ex præmiſsis duo inferuntur. Primum ꝙ Soci. malè intellexit doctri. Bar. in d.l. ſi ita ꝙ vbi fit legatum vniuerſaliter ita quod vniuerſalitas ſtet ſimpliciter & abſolutè, veniant futura, ob id ꝙ in legato rerum mobilium per omnia veniant res futuræ, quia vt dixi Bar. loquitur quãdo adiicitur ſignum vniuerſale diſpoſitioni indiffinitę non particulari: immo quando adiicitur rebus particularibus voluit clare Bar. ꝙ futura non veniant. Dictio enim vniuerſalis adiecta rei particulari denotat vniuerſalitatẽ illius rei, ſed ad alia non trahitur, quia cum ſit limittata ad vnam rẽ ad alias extendi non debet .l. in agris ff. de acqu. rerum domi.

¶ Secundò infertur ꝙ diſpoſitio concepta verbis vniuerſalibus per verba præſentis temporis aut per nomina præſens tempus denotantia non trahitur ad futura eo caſu quo non ſignificatur vniuerſalitas nominis collectiui neceſſarió, & neceſſario eo caſu quo relictum omnium bonorum ſuorum neceſſariò non importat relictum hæreditatis, futura non veniunt.

5 ¶ Sed hic aduertendum dum † allegatur contra dictum Bald. in d.l. omnia C. de epi. & cler. tex. in d.l. fi. §. i. ff. de lega. ii. nam ille tex. videtur facere pro Bald. quia ibi veniunt futura, nam filiæ tenentur reſtituere etiam bona; poſtea obuẽta oblata æſtimatione ipſorum ſecundum tẽpus mortis, vt per glo. iii. ibi in fi. ſequitur Pa. de Caſtr. & iſtud videtur probari in fi. illius .§. dum loquitur de æſtimatione bonorũ quæ fuerant tempore mortis, ergo non de illis quæ fuerant tempore teſtamneti, quæ iam fuerant æſtimata per ipſum teſtatorem. Sed ꝙ ibi veniant futura, illud eſt ex præſumpta mente diſponentis qui voluit quod bona ſtabilia eſſent apud fratrẽ & quia agitur de modico præiudicio ex quo in illis bonis futuris filiæ conſequuntur iuſtum præcium, vt ibi declarat Pau. de Caſtr. & ſic ille tex. concordat cum .l. fi. C. quæ res pig. obl. non poſ. licet non ſoleat allegari ad hoc immo in cõtrarium, ꝙ futura non veniunt ſed male tamen & quod in d.l. fi. §. i. veniant futura voluit Iaſ. in l. placet col. penul. in fi. nu. 22. ff. de lib. & poſthu.

¶ Secundò principaliter vltra Moder. contra dictum Bald. in d.l. omnia C. de epi. & cler. addu
6 co † no. per glo. & Doc. in .l. fi. C. quæ res pig. obli. poſ. vbi quando quis donat, legat aut ven

dit omnia bona ſua, non veniunt futura. Idem
habetur per Doct. in.l. ſtipulatio hoc modo cō
cepta ff. de verb. obli.& in .l. fi.C. de pac.Bald.
in conſil. 112.de generali col. i. poſt med. in ſe
cundo dubio lib. 2. Cald. in conſil. 2. in titu.de
dona. Ad idem quod tradit Crotus in repe.l. ſi
is qui pro emptore col. antepenul. verſi. ſecun-
da concluſio ff. de vſucapio. vbi ꝙ conſtitutum
de omnibus bonis non trahitur ad bona futura.
Sed ad iſta datur reſponſio ꝙ agitur in eis de gra
ui præiudicio nimirum ſi futura non veniunt &
nota conſiderari præiudicium non ſolum ipſius
diſponentis ſed etiam eius hæredis quando quis
legat omnia bona ſua, Ideo dicitur quod teſta
tor cenſetur minus grauare hæredem quàm ſit
poſsibile .l. ꝙ in rerū §.i.ff. de leg.i.l.Titia.§.qui
inuita.ff.de lega.2.l.númis.ff.de lega. 3. ſed in
priuilegio de quo agitur non tractatur de graui
præiudicio.

7 Sed aduertendū contra iſtam † reſponſionem
ꝙ vbi agitur de graui præiudicio, futura non ve
niunt licet concepta ſit diſpoſitio verbis vniuer
ſalibus, nam in contrarium arguo à fortiori de
tex. in.l.ſi ſeruitus ff.de ſerui verba præd.vbi agi
tur de conſtitutione ſeruitutis luminum per diſ
poſitionem indiffinitam, & tamen trahitur ad
futura lumina, ſi conſtitutio ſeruitutis indiffini
ta trahitur ad futura lumina quanto fortius diſ-
poſitio concepta per verba vniuerſalia, & pon
dero verba illius tex. & humanius eſt verbo ge-
nerali etiam futura lumina contineri, & ſic in-
diffinita generaliter intelligitur etiā circa tēpus.
¶Ad idem adduco ꝙ ſcribit Bald.in conſi.407
ſuper facto domini Cortonenſis in ſecundo du-
bio lib. 5.vbi ꝙ verba priuilegii generalia & nul
lis finibus coarctata trahuntur ad futura allegat
Pe. & Cy. in.l.non modus.C. de ſeruitu.Ad idē
ꝙ ſcribit Pau. de Caſtr. in conſil. 24. videtur ꝙ
dicta promiſsio lib.2.vbi ſimpliciter tradit quod
verba indiffinita comprehendunt etiam futura
per tex. in.d.l. ſi ſeruitus ff. de ſerui. vrb. præd.
fortius voluit idem Pau. in conſil. 78. ſuper eo
quod primo loco quæritur col.ii. in prin. lib. i.
ꝙ verba indiffinita trahuntur ad futura etiam in
materia odioſa per tex. in.l.pen.§. illud.ff. quod
quiſq; iuris. Adduco etiam quod ſcribit Innoc.
in c. dudum de decimis, vbi ꝙ priuilegium exē
ptionis ſuper decimis noualium, comprehendit
etiam futura noualia, Idem voluit Zabarel. in c.
quid per nouale col.ii. verſ.quæro an priuilegia
de verb. ſigni. Alibi ſcribit Imol. in .l. damni in
fecti ſtipulatio §. ſi is qui vicinus ff. de dam.infe.
ꝙ priuilegiū exemptionis ſuper decimis aut col
lectis non ſoluendis, trahitur etiam ad bona po
ſtea quæſita per tex.in c. ex parte iunc.c. pen. de
decimis, vbi priuilegium exemptionis à decimis
conceſſum certis religioſis cōprehendebat bona
poſtea quęſita niſi facta fuiſſet ſpecialis prouiſio
per d. c. pen.Sequitur Alex.in conſ.178. col.iii.
circa med.verſi.ſexto probatur lib.ii.Ias.in.l.qui
filiabus in prin.col.iii. in quarto nota.ff.de leg.i.
Idem voluit Alex. in conſil.193.col.iii.poſt me.
verſi. pro hoc facit tex. lib. ii. per tex. in c. quia
circa de priuil. Et tamen memoratum priuile-
gium valde eſt præiudiciale tertio ideſt eccleſiæ
parrochiali cui decimæ debentur. Si priuilegiū
indiffinite conceſſum trahitur ad futura, & ge-
neraliter intelligitur etiam reſpectu temporis,
8 quid dicemus † in priuilegio vniuerſali ſeu con
cepto per verba vniuerſalia quæ non paulo ſunt
efficaciora verbis indiffinitis aut generalibus .l.
iii. §.i. iuncta l. coiri ff. pro ſocio. vbi ꝙ plus eſt
coire ſocietatem omnium bonorum q̃ ſocietatē
ſimpliciter. Ad idem tex. in c.ſunt nonnulli i.q.
i. no. glo. in c. paſtoralis in ver.temporaliter de
dona. Ideo licet legatum per verba generalia nō
comprehendat venalia, ſecus tamen in legato
per verba vniuerſalia Bart.in l. generali §.vxori
ff. de vſusfruct. lega. Alex. in conſil. 117. col.ii.
lib. i. & in conſil. 30. col.fi.lib.v. Dec. in .l. om
nia ff. ſi cer. pet. & alibi ſæpiſsime.
¶Ex præmiſsis, ſi vera ſint, efficaciſsime pro-
bari videtur dict. Bald. in d.l. omnia .C. de epi.
& cler.dupliciter arguēdo à fortiori primo quia
in caſu Bald.diſpoſitio concipitur verbis vniuer
ſalibus ſed in præmiſsis ſolum apponuntur ver-
ba generalia aut indiffinita.Secundo in di.Bald.
non agitur de præiudicio alterius, ſed in deciſio
nibus prædictis agitur de præiudicio tertii.
¶Sed puto ꝙ præmiſſa de iure non procedant
9 & in primis † dum dicitur ꝙ diſpoſitio indiffini
ta trahitur ad futura licet agatur de magno præ
iudicio per d.l. ſi ſeruitus ff. de ſerui. vrba. præd.
nego iſtud dictum. Imo regula iuris eſt in con-
trarium ꝙ verba indiffinita non trahuntur ad
futura. Iſtam regulam firmat Roman. in conſil.
136. vbi ꝙ in dubio verba indiffinita in quacun
q; materia appoſita fuerint, non trahuntur ad
futura per .l. ſi ſtipulatus fuerim .§. cum ſtipula-
mur ff. de verb. obli. l. ſi ita ff. de auro & arg. le
ga. Immo etiam verba vniuerſalia non trahun-
tur ad futura quando agitur de magno præiudi
cio vt ſupra dixi quando quis donat vendit aut
legat omnia bona ſua, quanto minus venient
futura in diſpoſitione indiffinita. Ad idē quod
ſcribunt Bar. & Doc. in .l.qui Romæ .§.duo fra
tres in fi. quintæ q.ff.de verb. obl. vbi quando
quis remittit omne ius teſtamenti, non trahitur
remiſsio ad fideicommiſſum conditionale, & ſic
ad ius de futuro quod nondum competebat tem
pore teſtamenti. Idem quod diſpoſitio indiffi-
nitè concepta non trahatur ad futura proba-
tur in .l. Rutilia ff. de contra.emp. & in .l. in le-
ge eo.titu. Tex. tamen in d.l. Rutilia non vide-
tur facere; quia ibi diſpoſitio erat limitata ad de
cem pedes quæ limitatio ſemel effectum habuit

tempore

tempore contractus ob id amplius extendi nó poteſt .l. in agris .ff. de acquiren. rerum domi. quam reſponſionem voluit glo. in c. quia circa de priuil.

¶ Secundò licet aqua lacus creſcat, lacus tamen creſcere non dicitur .l. vicinus .§. fi. ff. de aqua plu.ar. ideo pedes decem metiri oportet ſemper ab eodem loco.

¶ Tertiò reſpondeo, q res particularis ſemel determinata augumentum extrinſecus capere nó poteſt, ideo oratio particularis non æquipollet vniuerſali; vt per Bar. in .l. ſi pluribus ff. de lega. ii. Ideo illi pedes ſemel determinati amplius augeri non poſſunt. Similiter non obſtat d.l. in lege, quia diſpoſitio ibi erat concepta per verba præſentis temporis. Amplius diſpoſitio etiam vniuerſaliter concepta non trahitur ad ſutura licet agatur de fauore eccleſiæ, puta ſi quis donat omnia bona ſua eccleſiæ. Bar. Bald. & Doct. in auctén. ingreſsi. C. de Sacroſan. eccleſ. Abb. in conſil. 102. col. iii. circa prin. lib. ii.

Ad idem adduco tex. cum glo. in c. cum capella de priuileg. vbi priuilegium exemptionis conconceſſum capellis alicuius monaſterii non trahitur ad ſuturas capellas; quia agitur de preiudicio ordinarii. Alibi ſcribit Cald. in conſil. 12. in tit. de priuile. q priuilegium ædificandi eccleſias in fundis ſuis non trahitur ad fundos poſtea quæſitos, quia agitur de præiudicio aliarũ eccleſiarum. Alibi ſcribit Io. And. in addi. Spe. in tit. de cenſibus §. nunc dicendum in addi. magna col. pen. q priuilegium exemptionis ab oneribus non trahitur ad bona poſtea quæſita: quia agitur de præiudicio reipublicæ. Idẽ voluit Bal. in conſil. 112. quæritur qui intelligantur col. 2. in quarta q. lib. i. Roma. in .l. damni infecti ſtipulatio. §. ſi is qui vicinus .ff. de dam. infect. In eandem opinionem Io. And. videtur inclinare. Ale. in conſi. 178. col. iiii. verſi. vel ſecundum Roma. & col. fi. lib. ii. Ad idem quod ſcribunt Bald. Imol. & Moder. in .l. qui filiabus in prin. per illũ tex. infra eo. vbi ſi teſtator quid legat eccleſiis ciuitatibus, non veniunt eccleſiæ poſtea conſtructæ, licet Ias. ibi arguat in contrarium, nec aliter rationem explicandi contraria nactus ſit. Ex quibus infertur veriorem & æquiorem videri ſententiam vt ne ad ſutura trahatur priuilegium quotiens agitur de præiudicio tertii.

10 ¶ Non obſtant † allegata in contrarium & primo ad tex. in d.l. ſi ſeruitus. ff. de ſerui. vrba. præd. reſpondeo, q lumina de quibus ibi contigerunt circa idẽ ſubiectũ aut circa eandẽ rem ſuper qua diſpoſitio facta eſt id eſt circa eandẽ domũ, itaq; veniunt ibi lumina futura ceu acceſſoria ad ipsá domũ principalẽ, nam intentio principalis contrahẽtiũ erat circa totã domũ, ne luminibus domus officeretur quandocunq; opponerentur lumina, aut ſpecularia. iſtam reſponſionem voluit Bald. in d. conſil. 112. in quarta q. lib. i. Angel. in d. conſil. 261. col. ii. in fi. & col. fi. verſi. quarto nón obſtat, & probatur iſta reſponſio in d.l. damni infecti §. ſi is qui vicinus. ff. de dam. inſe.

¶ Secundo reſpondeo. q in caſu d.l. ſi ſeruitus lumina futura de facili poterant præuideri, & per inſpectionem domus de facili cogitari poterat quot luminibus indigeret, ideo imputandum videtur generaliter ſe obliganti luminibus non efficere, nam de omnibus luminibus videtur pro
8 miſiſſe neceſſariis ad vſum & ſplendorem domus. Hanc reſponſionem in effectu voluit Bart. in d.l. ſi ita col. iii. poſt med. ff. de auro & argentó lega. quem ſeqnitur Ant. de Bu. in d. c. quia circa in fi. de priuileg. Ang. in d. conſil. 261. col. ii. in fin. & col. fi. verſi. quarto non obſtat. Ex qua ratione videtur inferri q ſi domus cui ſeruitus debetur, ampliata ſit non videtur procedere d.l. ſi ſeruitus à ceſsãte ratione Bar. niſi dicamus q potuit cogitari etiam de tali ampliatione.

Tertiam reſponſionem ad d.l. ſi ſeruitus. ponit Ripa in .l. i. colu. i. ff. de pignor. videlicet quòd ideò ibi veniunt futura lumina, quia diſpoſitio confertur in ſuturum euentum, nec cóſumitur in ipſo inſtanti. Sed iſta reſponſio Rippæ eſt contra tex. in .l. hoc iure. §. i. ff. de aqua quoti. & eſti. vbi agebatur de ſeruitute aquæ ducendæ ex flumine publico, quæ habet tractũ ſucceſsiuum, & tamen non trahitur ſeruitus ad nouum flumen ex mutatione aluei. Ex quibus patet q audacter nimiũ locutus eſt Pau. de Caſ. in d. cóſ. 24. lib. 2. dum ſimpliciter dixit verba indiffinita trahi ad futura per tex. in d.l. ſi ſeruitus.

11 Non obſtat † tex. in d.l. pen. §. illud. ff. quod quiſq; iuris. allegatus per Pau. de Caſtr. in d. conſil. 78. lib. 1. quia ille tex. ſecundum communem intellectum glo. & Doct. ibi, intelligitur quãdo impetratio iuris iniqui ſuit vniuerſaliter facta cótra omnes actiones præſentes & futuras. Ideo Ias. ibi inſert ex iſto communi intellectu, q diſpoſitio ſimplex non trahitur ad futura, Conſequenter retorquetur ille tex. contra Pa. de Ca. Sed iſte communis intellectus videtur diuinatiuus, & de indubitabili, ideò ſecundò ego reſpondeo ad illũ tex. poſito q illa impetratio iuris iniqui non eſſet vniuerſaliter facta, tamen ex quo illa retorqutio iuris iniqui introducitur per le-
12 gem, verba † legis indiffinita trahuntur ad futura, Immo licet loquatur lex per verba preſentis temporis ad futura tamen trahitur, quia lex ſemper loquitur .l. Arriani. C. de hereti. Bar. in d.l. ſi ita. in primo membro diſtinctionis. ff. de auro & arg. lega. Pau. de Caſt. in conſi. 235. cum ſuper iſta materia. col. 3. circa prin. lib. i. Ang. in d. conſi. 261. col. 3. in fi. Ias. in .l. i. col. 2. poſt med. ff. de condi. ex lege. & in .l. qui filiabus .§. 1. in primo nota. ff. de lega. 1. nec videri debet inconueniens ſi pro impetratione iuris iniqui in vna

actione

actione, voluerit lex punire impetrantẽ etiã quo ad aliam actionem odio impetrantium, vt metu pœnę abſtineant ab impetrationibus iniquis. nã & ꝓ mala verſatione in vno officio poteſt quis priuari alijs officijs. Ideo nimium audacter & periculoſè locutus eſt Pau. de Caſt.in.d.conſi. 73.col.2.lib.1.vbi ſimpliciter voluit ꝙ verba indiffinita trahantur ad futura etiam in materia pœnali per.d.l.pen.§.illud.ff.quod quiſq; iuris. nam dignius fuerat tanto viro, ſi regulam vertiſſet in contrarium, ꝙ diſpoſitio indiffinitè concepta non trahitur ad futura in materia odioſa & pœnali. hinc videmus ꝙ publicatio bonorum non trahitur ad futura.l.ſi mandauero.§.is cuius .ff.mandati.l. eius qui.§.1.vbi Bal.ff. de teſta.c. fœlicis.§.verum.de pœnis lib.6.

Poteſt etiam dici, ꝙ intellectus communis ad .d.l.pen.§.illud.non ſit diuinatiuus ſed neceſſarius. nã ſi ſit retorcutio quoad futuras actiones, ergo neceſſariò impetratio reſpiciebat etiam futuras, & iſtud venit per modum neceſſarij præſuppoſiti: arg.l.qui teſtamento. in prin .ff. de teſtam.niſi dicas neceſſarium non eſſe ſi lex voluit punire impetrantem etiam quoad futuras actiones vt ſupra.

13 Non obſtat † tex.in.d.c.ex parte.de decimis. iuncto.c.pen.eo.titu.&quod per illum tex.dicit Imol.in.d.l.damni infecti ſtipulatio.§.ſi is qui vicinas.ff.de dam.infec.ꝙ priuilegium immunitatis à decimis & collectis trahitur ad bona poſtea quæſita, quia reſpondeo ꝙ in.d.c.ex parte.ſolũ ſit mentio de priuilegio exemptionis à decimis, non autem ponitur tenor, aut forma verborum ipſius priuilegii quibus verbis conceptum eſſet, Ideo dici poteſt ꝙ fuerit ita ample conceptum vt ad futura traheretur prout in ſimili dicunt glo.& Doct.in.d.pen.§.illud.ff.quod quiſq; iuris. ꝙ impetratio fuerit etiam quoad futura ex
14 quo in futuris pœna imponitur. nec videtur † intellectus diuinatiuus quotiens pro concordia iurium neceſſariò quid ſubauditur .Deci. in.c. eccleſia ſanctæ Mariæ.col.24.ante med.verſi.& ex prædictis. de conſti. & in.c.peruenit. col.2. circa med.verſi. vnde planior. videtur intellectus de appella.Iaſ.in.l.ſi filius qui in poteſtate. col.6.in fi.verſi.& ſi iterũ dicas.ff. de lib.& poſthu. Sed tamen iſta reſponſio non placet propter tex.in.c.quia circa.de priuil.

Secundò igitur reſpondeo, ꝙ aut conſideramus in dictis.c.præiudicium concedentis,& illud nõ
15 eſt conſiderabile: immo † quatenus reſpicit priuilegium præiudicium ipſius ſuperioris concedentis, latiſſima ſit interpretatio.l.fi.ff.de conſt. prin.Ideo dicimus ꝙ liberalitas principis freno ſubiacere non debet.l.pen.C.de dona.inter vir. & vxor.l.ſancimus.§.exceptis.C.de dona.l.cum multa.in fi.C.de bonis quæ lib.l.hac ſaluberrima.C.de agen.in rebus.lib.12.& principis munificentia expers eſſe debet diminutionis .§.illud.in auctẽ.conſti. quæ de dignita. Ideo Tiberius Cæſar ſuper cænam dixit amici diem perdidi, ꝙ nihil ea die largitus eſſet, refert Oldra. in
16 conſi.94.eleganter circa fi.pro quo † in terminis adduco Rotam deciſio.858.dominus Papa. col.7.poſt med.verſi.& hoc ſic probatur in antiq. vbi ꝙ conceſſio ſeu gratia principis comprehendit etiam futura quando tractatur de præiudicio ipſius principis tantum, ob id ꝙ clauſula non obſtantibus tollit impedimenta etiam futura. Idem tradit Fred.de Senis in conſi.32.col.3. vbi ꝙ priuilegiũ principis dicitur fauorabile & trahitur ad futura quando agitur de præiudicio ipſius principis tantum. Idem voluit Guido papæ.q.489. vbi quando princeps concedit alicui immunitatem ne teneatur ſoluere pedagium in tota terra ſua, extenditur priuilegium ad terras poſtea quæſitas per ipſum principem vt in eis pedagium ſolui non debeat.

Aut volumus conſiderare præiudicium reſpectu eccleſiæ cui debentur decimæ, & dico ꝙ ſi præiudicium eſſet magnum non noceret priuilegium.c. ſuggeſtum.de decimis.glo. in.c. quia circa. in verſi. canonicas. de priuileg. Aut præiudicium non eſt magnum & trahitur ad futura in priuilegio loquor ſummi pontificis in quo dici non poteſt ꝙ eccleſijs præiudicare nõ poſ-
17 ſit tanquam iuri tertii, quia papa † poteſtatem pleniſſimam habet in omnibus eccleſiis & bonis earum.c.propoſuit. de conceſſ.præben.c.2. de præben.lib.6.Clem.1.vt lite peden.glo.in.c. principalem.9.q.3. hinc videmus ꝙ prælati inferiores dicuntur procuratores non domini bonorum eccleſiæ.c.edoceri. vbi Deci.in tertio no. de reſcrip.c.2.de dona. Ideo papa non magis dicitur præiudicare eccleſiis quàm ſibi ipſi. Proinde non ita habetur in conſideratione præiudicium vnius eccleſiæ erga ſummum pontificem quemadmodum præiudicium vnius ſubditi laici in bonis temporalibus, in quibus Papa aut princeps alius ſecularis poteſtatem tantam non obtinet iuxta no.in.l.fi.C.ſi contra ius vel vtil.pub. vbi Cy.Bar.& Doc.habetur per Doct.in.c.quæ in eccleſiarum. de conſtit. Itaq; in priuilegio exemptionis decimarum illud tantum videtur inſpiciendum an præiudicium ſit magnum ita ꝙ diminuatur cultus diuinus.

Secundò conſidero ꝙ aut quærimus de poteſtate pontificis an poſſit concedere priuilegiũ exemptionis decimarum aut aliorum iurium. & de hoc non videtur dubitandum ob pleniſſimã eius poteſtatem vt ſupra dixi.& tradit Deci. in
18 conſi.113. Aut quærimus † de voluntate & ſimiliter dicendum eſt apparere de voluntate Papæ neceſſariò ꝙ voluerit derogare ex qualitate & natura rei cum exemptio concedi non poſſit niſi tertio præiudicatur. Ideò in tali priuilegio nõ eſt

eſt facienda mentio de iure epiſcopi aut alterius ordinarii cui præiudicatur: quia ſatis expreſſum dicitur ex natura rei cum neceſſariò cogitatum fuerit de tali iure. glo. in. c. cum olim. i. vbi. Abb. poſt alios de priuileg. Deci. in. c. ſi. col. 3. poſt med. de confir. vtili vel inutili. in conſi. 113. poſt med. & in conſil. 224. col. 2. in fi. pro quo tex. in. c. cum capella. de priuileg. in antiq. & in c. ſi Papa. eo. titu. lib. 6. quæ iura ad hoc citat Corn. in conſi. 83. col. pen. lib. 4. Itaq; concurrente poteſtate & voluntate Papæ circa derogationem iuris tertii ſolum videtur conſiderandum an verba ſint talia aut voluntas talis: arguatur ꝙ voluerit in eius priuilegio etiam futura cõprehendi. voluntas autem eius vt arguitur in exemptione à decimis ꝙ voluerit eam pertinere ad bona poſtea quæſita: quia intentio ſua fuiſſe præſumitur, ꝙ monaſterium cui conceditur ſit exemptum indiſtinctè & ſimpliciter pro omnibus bonis etiam futuris, ne vnum & idem monaſterium diuerſo iure cenſeatur. vt dicit tex. in. d. c. quia circa. de priuil. & ꝙ iſta ratio ſit vera probatur per tex. in. d. c. cum capella. cum ibi no. vbi priuilegium conceſſum capellis alicuius eccleſiæ vt ſint exemptæ ab epiſcopo nõ trahitur ad futuras capellas quæſitas æque principaliter non acceſſoriæ, quia quando æque principaliter quæruntur, ceſſat illa ratio, ꝙ vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri.

19 Non obſtat † tex. in. d. c. quia circa. quia reſpondetur eodem modo quo reſponſum fuit ad d. c. ex parte. & c. penul. de decimis. ꝙ ibi ſit latiſſima interpretatio vt veniant futura. quia agitur de priuilegio ſuperioris in odium ipſius ſuperioris, & ſine præiudicio tertii. & ita reſpondet Crotus hic col. i. poſt med. verſi. ex ſupradictis ergo apparet. Sed iſta reſponſio non videtur bona: quia in. d. c. quia circa. exemptio conceſſa fuit per epiſcopum non per Papam. quo caſu non videtur procedere diſpoſitio. d. l. ſi. ff. de conſti. prin. cum agatur de præiudicio eccleſiæ cui epiſcopus non æque præiudicare poteſt atq; ſummus pontifex. Sed dicendum eſt ſuſtinendo hanc ſolutionem ꝙ interuenit etiam cõſenſus capituli; nec tendebat exemptio in enormem præiudicium eccleſiæ, ob id latè ſit interpretatio etiam in liberalitate inferioris. c. cum dilecti. de dona.

Hinc tamen aduertendum circa ſolutonem Croti ad. d. c. quia circa. dum exemplificat præiudicium tertii in priuilegio ꝙ ſcholares poſſint perſeuerare in locatione ſub eadem penſione inuito locatore licet inueniat maiorem penſionem, nam præſupponit Crotus ſimpliciter valere tale priuilegium. Sed dubium hoc videtur cum agatur de præiudicio iuris quæſiti ex

20 iure gentium. & licet † princeps poſſit præiudicare ex cauſa publicæ vtilitatis. l. Lucius. ff. de euictio. tamen iſtud procedit modo læſo ſatiſfiat. l. 2. C. quib' ex cau. ſerui pro præm. lib. acc. Bar. & Doct. in. l. ſi. §. i. ff. de pig. actio. Alex. in conſi. 151. in ſecundo dubio. lib. 6. Deci. in. cõſi. 357. col. 3. poſt med. Ias. in. l. barbarius. col. 8. verſi. inuenio tamen. ff. de offi. prætor. & in conſi. i. col. 9. poſt med. lib. i. in conſi. 233. col. 8. circa med. lib. 2. & in conſi. 46. col. 4. lib. 3. deciſio Neapoli. deciſ. 321. col. pen. nu. 16. Gozadi. in conſi. 5. col. 4. circa med. glo. pragma. in titu. de electio. c. licet dudum. in verbo reiecta. fol. 47. Amplius dicunt Ias. & deciſio Neapoli. in. d. locis iſtud procedere etiam ſi auferatur ius tertii per viam. l. generalis. Ob id grauiſſimè peccant qui principibus à conſilio ſunt, quotiens non ipſam rei veritatem narrant, & reſtitutionem damnorum habendam ac ſarciendam eſſe conſulunt. clarior obſecro ſalus ſit atq; breuis ſeculi huius gloria & cupiditas.

Secundò aduertendum circa dictum Croti dum vult futura venire quotiẽs agitur de præiudicio concedentis tantum, nam iſtud ita ſimpliciter intellectum eſt falſum, & contra communem concluſionem, glo. & Doct. in d. l. fi. C. quæ res pig. obli. poſ. vbi ꝙ futura non veniunt quotiens agitur de graui præiudicio concedentis; puta quando donat quis, legat aut vendit omnia bona ſua. Itaq; reſtringere oportet dictum Croti ad conceſſionem principis & ſuperioris.

21 ¶ Ex præmiſſis infertur † falſiſſimũ & periculoſiſſimũ eſſe dictum Imol. in d. l. dam. infecti ſtip. §. ſi is qui, ꝙ exemptio à collectis, & oneribus trahatur ad bona futura per d. c. ex parte iuncto c. pen. de decimis, & dict. cap. quia circa, de priuileg. Quæ iura nihil omnino faciunt ad dictum Imolæ & rationem ſeparatam habent, nam in dictis capitulis ſolum agebatur de præiuditio concedentis, & ſuæ eccleſiæ cui poterat præiudicare. Sed in exemptione ab oneribus agitur de præiuditio totius reipublicæ, nam ſi princeps quem eximit à collectis, tenerentur alii non exẽpti ſoluere pro exempto, niſi ſuſcipiat onus princeps ſoluendi pro exempto. Sed exemptio à decimis non eſt eiuſmodi: quia ſolum agitur de præiudicio concedentis cui decimæ ſunt debite immediatè, aut mediatè, nec alii non exempti decimas præſtant pro exempto.

22 ¶ Secundò contra † Imol. & ſequaces conſidero, ꝙ fruſtra quærit Imol. an exemptio principis ab oneribus trahatur ad futura, quia dico quod non valet exemptio etiam in bonis præſentibus quoad præiudicium non exemptorum qui tenerentur onera exempti ſuſtinere. Guil. de Cu. & Angel. in. l. ſi vnus §. item ſi pactus ff. de pactis Paul. de Caſtr. in. l. licitatio §. fiſcus ff. de publica. Anchar. in cõſil. 260. in quæſtione quæ vertitur inter nobilem virum col. i. in ſi. verſi. itẽ per tale indultũ. Alex. in cõſ. 136. col. 4. in ſi.

verſi.

verſi.immo fortius dico lib. ii. Soc. in cóſil. 72.
in ſi.lib.4.Guido Papæ.q.393.Ias.in.l.aures.col.
2.ff.de pactis.

23 Ex præmiſsis infertur † q frustra laborauerunt
Moder. hic, ſuper veritate dicti Bald.in.d.l.om-
nia.C,de epi.& cleri,an conceſsio facta ſtudio
Toloſano q gaudeat priuilegiis ſtudii Pariſien-
ſis per omnia, trahatur ad priuilegia futura pro-
pter verba vniuerſalia per omnia. nam dico q
etiam ſine ſigno vniuerſali trahitur ad futura
quotiens agitur de præiudicio ſolius conceden
tis. Studii autem Pariſienſis ne pili quidé refert
eiſdem priuilegiis alios lætari, niſi inuidiæ reos
quos facias. Quod procedit non ſolum in con-
ceſsione principis, ſed etiam priuati in cuius
diſpoſitione veniunt futura quotiens non agi-
tur de graui præiudicio .d.l.fi.C.quæ res pigno.
obli.poſſ. Differentia autem inter principem &
priuatum in facto tantum conſtat non etiam in
iure, quia in principe non conſideratur præiu-
dicium ex comprehenſione futurorum quod có
ſideratur in diſpoſitione priuati, & hoc propter
magnitudinem, excellentiam, & potentiam ip-
ſius principis. Aut priuilegium principis reſpi-
cit præiudicium tertii, prout quando concedi-
tur immunitas à collectis eo caſu quo alii ſubdi-
ti grauarentur ſoluere pro ipſo exempto: & túc
non veniunt futura licet concedatur priuilegi-
um verbis vniuerſalibus pro omnibus bonis niſi
24 † verba eſſent adeo vniuerſalia q comprehen-
derent etiam futura bona. Bar.in conſi.59.com
mune Spoleti ante fi, in ſecundo dubio. Bal.in d.
conſi.112.de generali.in ſecundo dubio.lib.2.
quod ſane intelligo eo caſu quo de validitate
priuilegii dubium non ſit.

Sed dicet aliquis ex alio videtur non proce-
dere dictum Bal.in.d.l.omnia. quia ibi priuile-
gium conceſſum ſtudio Toloſano videtur refer
ri ad tempus præſens dum conceduntur priuile-
gia ſtudii Pariſienſis. nam genitiuus ſtudii Pari-
ſienſis ſignificare videtur tempus præſens ſicut
dicitur in pronominibus meum tuum & ſuum
iuxta no.in rubr.ff.de op.no.nuncia.& ſic vide-
tur intelligenda conceſsio de priuilegiis quæ
tempore conceſsionis erant ipſius ſtudii Pariſi-
enſis.l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxal.ſicut
quando legat teſtator bona ſua: nam intelligi-
tur de bonis quæ erant ſua tempore teſtamen-
ti.d.l.ſi ita.ff. de auro & arg.leg.& ſupra latius
dictum eſt.

Ad iſtud reſpondeo, q etiam † diſpoſitio có
25 cepta per tempus præſens trahitur ad futurum
quando agitur de modico præiudicio, caſus eſt
in.d.l.fi.C.quæ res pign.obli.poſ.nam ibi hypo-
theca bonorú concepta eſt per tempus præſens,
vt patet ex verbo pertinentium, quod eſt partici
pium præſentis temporis, vt in tali participio
tradit Bal.in.l.ſi ita ſcripſiſſet.ff.de lega.2.Rom.
in cóſi.503.in quarto dubio. Alexan.in cóſ.10.
col.2.lib.5.& in conſi.25.col.1.in fi.lib.7.Ias.in
.l.qui Romæ.§.duo fratres.col.26.nu.100.ff.de
verb.obliga. Et tamen in.d.l.fi.veniunt bona fu
tura in cauſam hypothecæ. quia agitur de mo-
dico præiudicio ex quo debitor omnino tene-
tur ſoluere debitum per quam ſolutionem tol-
litur hypotheca. Sed vt ſupra dictum eſt in pri-
uilegio principis quatenus attinet ad ipsú prin-
cipem non dicitur tractari de magno præiudi-
cio, ergo veniunt futura priuilegia licet conceſ
ſio expreſſè relata eſſet ad tempus præſens.

Et vt plenius habeatur iſta materia inuoluta
& obſcura, an & quando diſpoſitio relata ad té
pus præſens trahatur ad futura facienda eſt regu
26 la cum plurimis limitationibus. Itaq; regula †
præmittitur q diſpoſitio facta per verba præſen
tis temporis non trahitur ad futura ſiue diſpoſi-
tio ſit indiffinita ſiue vniuerſalis, de diffinita eſt
tex.in.l.ſi ita.ff.de auro & arg.lega.in.d.l.ſi ſer-
uitus.in prin.ff.de ſerui.vrba.præd.l.ſi ſtipulatus
fuerit illud aut illud.§.1.& .l. ſi à colorio .ff. de
verb.obli.& tradit Roma.in.d.conſi.136.de vni
uerſali eſt tex.in.l.in lege.ff.de contra emp.in.l.
ſi ita ſcripſiſſet. &.l.fi.§.1.ff. de leg.2.l. Iulianus.
in fi.ff.de leg.3. Tradit glo.in.d.l.fi. vbi Doct.C.
quæ res pig. obli. poſ. Roma.in.d.conſil.503.in
quarto dubio. Ang.in.d.conſi.261. priuatus eſt
in anno.col.2. Alex.in.d. conſi.178. col.3. in fi.
lib.2.& in cóſ.25.col.1.lib.7. Aret.in cóſ.iii. con
ſideratis.col.1. verſi. tertio eſt præmittendum.

27 Ideo diſpoſitio † facta per nomina poſſeſsiua
meum tuum & ſuum non trahitur ad futura,
quia iſta nomina ſignificant tempus præſens.l.
vxorem.§.teſtamento.&.l. his verbis.vbi glo.in
verbo nó deberi.ff.de lega.3.d.l.ſi ita.ff.de auro
& argé.lega.glo.in.l.ideoq;.ff.de lib.& poſthu.
Bal. in.d.conſi.112. de generali.col.2. in prin.
verſi.huc accedit.lib.2. Ang.in.d.conſi.261.col
.2.poſt med. Quod tamen nó procederet quan-
do iſta nomina poſſeſsiua meum tuum & ſuum
apponuntur circa perſonas, quia tunc nó refert
apponantur iſta nomina vel non. nam licet ap-
ponatur dictio meum, non tamen fit relatio ad
tempus teſtamenti, puta ſi quis inſtituat poſthu
mum ſuum: nam venit poſthumus etiam qui nó
erat tempore teſtamenti .l. placet. vbi Ias. col.
pen.in fi.ff.de lib. & poſt. Sed illud eſt fauore
teſtamenti ne rumpatur, aliàs idé videtur in per-
ſonis quod in rebus.

28 Similiter † quando fit diſpoſitio per partici-
pium præſentis temporis non trahitur ad futura,
puta ſi cedat quis iura ſibi competentia non ve-
niunt competitura niſi dicatur: Bal.in.d.l.ſi ita
ſcripſiſſet .ff. de lega.2. Bal.poſt glo.in.l.fi.C.de
hæredi, vel actio, vendi. Ias.in.d.l. qui Romæ.§.
duo fratres. col.26.num.100. Idem ſi fiat diſpo-
ſitiu de bonis ad eum pertinentibus: ná futura

non veniunt. Roma. in.d.conſi.503. in quarto
dubio. Alex. in.d.conſi.106. col.2.lib.5.& in.d.
conſi.25.col.1.in fi.lib.7.
29 Limitatur † nunc præmiſſa concluſio vt nõ
procedat quando agitur de modico præiudicio
.d.l.fin.C.quæ res pign.obli.poſſ.

Secundò nõ procedit quãdo in diſpoſitione
præcedit genus aptum comprehendere futura,
deinde ſequitur enumeratio ſpecierum per ver
ba præſentis temporis, nã talis enumeratio cen-
ſetur facta gratia ampliandi legatum non reſtrin
gendi.l.ſi mancipia .vbi Bar.ff.de fundo inſtru.

Tertiò limitatur quãdo aliter cõſtat de mẽte
diſponentis ꝙ voluerit futura comprehẽdi licet
referantur verba ad tempus præſens.Calderi.in
conſi.1.in titu.de conſti. Ang. in.d. conſi.261.
col.3.in princi.verſi.ordo igitur.& ibi Ang.latè
declarat ex quibus coniecturis talis mens argui
poſſit facit,quod Bal.ſcribit in.d.conſi.407.ſup
facto domini Cortonenſis lib.5. vbi ſi commu-
nitas promittit tenere certum numerum militũ
in certo loco, & dare eis ſalarium quod datur in
loco ipſius communitatis, ſi pro temporis varie-
tate oporteat augeri ſalarium, tenebitur com
munitas ad illud augumentum :quia ita videtur
de mente contrahentium. Idẽ èconera vt futura
non veniant ex mente diſponentis,quæ aliàs ve-
nirent, vt quando fit diſpoſitio concernens vni
uerſalitatem, puta locat princeps prędia alicu-
ius territorii, deinde poſt locationem acquirit
alia prædia in dicto territorio per ſententiam
confiſcatiomis bonorum, aut aliter, certè non
veniunt prædia poſtea quæſita, quia mens con-
trahentium non fuit circa futura. Ita Bal.in cõſi.
370.magnifica & illuſtriſſ.lib.1.

Quartò limitatur vt non procedat in futuris,
quæ veniunt ex natura actus, nam ad ea trahitur
diſpoſitio licet cõcepta p verba præſẽtis tẽporis.
Areti.in cõſi.111.conſideratis. col.3.circa med.
verſi.nec obſtat ſi diceretur, quia videmus in ſi-
30 mili † ꝙ dictio taxatiua nõ excludit ea quæ ſunt
de natura actus, puta perſonam hæredis, puta ſi
quis quid promittat pro ſe tantum : nam cẽſetur
promiſiſſe etiam pro hærede. Bal. in .l.fi.C. de
actio. empti. Alex.in conſi.18 col.3. circa med.
lib.5.Corn.in conſi.69.col.2. in fi.lib.4. Calca.
in conſi.18. col.5.ante med.Deci.in conſi.281.
col.3. Boeri. in decis. Burdegalen .q.67. col.2.
poſt med. licet contrarium teneat Bar.in.l. qui
in futurum .§.1.ff.de pactis.& in.l. emptorem.§.
qui autem.ff.de actio.ẽpti. Areti.in.d.conſi.111.
col.3.circa med. & ꝙ taxatiua non excludat ea
quæ ſunt de natura actus eſt tex. in Clem. exiui
de paradiſo. col.3.verſi. cum autem natura.cum
glo. de verb. ſignifi. quem tex. ad hoc reputat
aureum & ſing.Io. de Ana. in conſil.36. vtrum
cophani.Ias. in.l.1. in prin. col.3. verſic. quinto
facit.ff. ſi quis ius di. nõ obtemp. & in .l.actionẽ
col.2.verſi.ego ſequor.C.de procura.vbi ꝙ pro
curator habens mandatum ad agendum tantum
poterit tamẽ defendere, quia illud eſt de natura
iudicii & mandati. Tradit idem Ias. in.l.1.col.3.
in tertio nota.C.de bon.poſſ. contra. tab. & ibi
etiã Deci.col.3.Si taxatiua expreſſa non excludit
ea quæ ſũt de natura actus multominus taxatiua
tacita reſultans ex verbis præſentis temporis, nã
ideo verba præſentis temporis non trahuntur ad
futurũ, quia incluſio præſentiũ futurorũ cẽſetur
excluſio .l. cum prætor.ff. de iud.& ſic diſponẽs
per verba præſentis temporis cenſetur taxare &
limitare diſpoſitionem ſuam ad tempus præſens,
ſed taxatiua tacita non debet plus operari q̃ ex-
preſſa.l.cum quid.ff.ſi cer.pet.l.qui ad certum.ff.
31 locati.Et ꝙ † diſpoſitio concepta per verba præ
ſentis temporis trahatur ad futura, quæ ſunt de
natura ipſius diſpoſitionis tradit Ang. in.d.cõſi.
261.col.2.in fi. exemplum ponit in .l. cum pater
.§.fidei tuæ.ff.de lega.2.Sed ille tex.non videtur
probare, quia ibi eſt verbum peruenerit futuri
temporis.& licet Areti. in.d.conſi.111.teneat ꝙ
diſpoſitio non trahatur ad futura, illud non eſt,
quia reprobet hanc quartam limitationem, ſed
ex alio vt ibi per eum.

Ad idem adduco quod ſcribit Pau.de Caſt.in
conſi.283.viſis & ponderatis dictis ordinamẽtis.
col.pen. circa med. lib.1. vbi ꝙ diſpoſitio trahi-
tur ad futura quando conditio,& qualitas perſo
narum illud patitur, quia futura ſint ſecundum
conditionẽ perſonarũ ad quas habitus videtur
reſpectus in diſpoſitione. & loquitur Pau. in re-
cepto ad ciuilitatẽ qui ſubiicitur ſtatutis futuris:
quia qualitas & conditio ciuiſ iſtud admittit.
32 Quintò limitatur † quãdo verbum præſentis
tẽporis profertur à lege; nã lex ſemper loquitur
licet cõcepta ſit lex per verba præſentis tẽporis.
ideo trahitur lex ad futura.Bar.in.d.l.ſi ita. in pri
mo membro diſtinctionis.ff.de auro & arg.lega
Pau.de Caſt.in cõſi.235.cum ſuper iſta materia.
col.3.circa prin.lib.1.Ang. in.d.cõſi.261. col.3.
in fi.Ias.in.l.1.col.2.poſt med.ff.de cõdi.ex lege.
& in.l.qui filiabus.§.1.in primo nota.ff.de lega.1.
Et quod tradunt Bar. & Doct. in.l. hæres abſens
.§.1. ff. de iudi. reprobata. glo. ibi. vbi quando
aliqua æquiparantur per legem, trahitur æqui-
paratio ad futura quia lex ſemper loquitur. Ideo
dicit ibi Pau. de Caſt. ꝙ ſi ſtatutum æquiparat
nobiles popularibus, deinde per ſtatutum con-
ceduntur aliqua priuilegia popularibus,etiam in
illis priuilegiis procedit æquiparatio.

Iſta tamen limitatio non procedit quãdo tra-
hendo verba legis aut ſtatuti ad futura, daretur
materia delinquendi; puta ſi fiat ſtatutum ꝙ ban
nitus ſoluendo certam pecuniã liberetur à ban-
no, nõ trahitur ſtatutũ ad bãniendos.vt habetur
in.l.cum lex.ff.de legibus.nota.Ias.in.d.l.1.col.2
poſt med.ff.de condi.ex lege.

Sextò

33 Sextò limitatur † niſi verbũ præſentis temporis ſit tale ꝙ eius effectus differatur in futurum, nam tunc iudicatur ſecundum futurum tempus. vt in .l.filiam in ver.reſeruẽtur.ff.de auro & arg.lega. quẽ tex.ad hoc citat Ang. in.d.conſi.261. col.ſ. & eſt no. ille tex. ad illam concluſionem ꝙ requiritur capacitas legatarii aut fideicommiſſarii tempore cedentis legati aut fideicommiſſi, nec ſufficit ſuperuenire capacitatem.l.cum ita legatur.§.fi.ff.de lega.2.l.ſi cognatis.ff.de rebus dub. Roma. in conſi.231. in princi. & in conſi.408. circa fi. Soci. in conſi.50. col.fi. lib.3. nam iſtud non procedit quando fieret relictum per verbũ habens tractum in futurum, nec iſto caſu procederet reg. Catoniana.de qua in.§.an ſeruo.inſti. de lega.& facit ad hãc limitationem quod infra dicitur in octaua limitatione. & cum.d.l.filiam. concordat tex.in.l.ſi legatarius §.fi.& in.l.fideicõmiſſa.§.ſi filio.ff.de lega.3.alios etiã concord. adducit glo.in.d.§.fi.

Septimò limitatur niſi verbum præſentis temporis ratione adiũcti poſsit importare futurum, vt in dictione, hinc, ſignificante extremitatem temporis. Puta teſtator dat tutorem filio Luciũ Titiũ, ſi Lucius Titius non viuit tunc dat Caiũ Plancium, pone ꝙ tempore dationis Lutius Titius viueret, ſed poſtea mortuus ſit, an Caius Plancius ſit tutor. Videbatur ꝙ non, quia Caius Plançius fuit datus tutor ſi Lutius Titius non viueret, ſed viuebat Lutius Titius tempore teſtamenti; contrarium tamen determinat iuriſconſultus. in.l.pen.ff.de teſta.tu. quia illa dictio tunc ſignificat extremitatem temporis, nam tutor datus fuit Caius Plancius tunc cum Lucius Titius non viueret, & ſic poſt tempus mortis; & ita illũ tex.ad hoc citat Ang. in.d.conſi.261. col.2. in fi. Anto. de But. in .d. c. quia circa. col. fi. de priuileg.

Octauò limitatur niſi tempus præſens de ſui natura ſit extenſiuum ad futurum prout eſt verbum poteſt.l.ſi ita quis.in prin.ff.de lega.2. facit tex.in.d.l.filiam.ff.de auro & argen. lega.de quo ſupra in ſexta limitatione.

34 ¶Nonò limitatur † niſi futurum contingat in eodem ſubiecto de quo diſpoſitum eſt in præſenti quando ſuper tali futuro potuit diſponens veriſimiliter prouidere prout in d.l.ſi ſeruitus ff. de ſeruitu.vrba. præd. nam ibi lumina futura cõtingunt in eadem domo ſuper qua prouiſio facta eſt de futuris potuit veriſimiliter cogitari & ita illum tex. intelligit Angel. in d. conſil. 261. col. ii. in fi. & col. fi. verſi. Quartò non obſtat. Sed ante Angel.ita intellexit Bar.in d.l.ſi ita col. iii.ff. de auro & argen. lega. Bald.in dict. conſ. 112.quæritur qui intelligantur col.ii. in quarto dubio lib. i.

35 Decimo limitatur † in diſpoſitione reciproca in qua veniunt futura ratio, quia dici non poteſt ꝙ agatur de magno præiudicio ex quo reciprocatio ita afferre poteſt commodum ſicut incommodum. Ita Angel. in d.conſil. 261.col.iii. poſt med. verſ. & prædicta intellige vera. Sequitur Ias. in d.l. i. col.ii. in fi ff. de condi.ex lege.in cõſil. 251. col. v. lib. ii. & in conſil. 173. col. 7. lib. 4.

¶Vndecimò non procedit in materia fauorabili cõcurrente coniunctione ſanguinis vt in vltima voluntate ſi quid relinquatur cognatis, nam veniunt futuri cognati qui tempore teſtamenti concepti non erant ſed ſufficit eos cognatos eſſe tempore quo diſpoſitio ſortitur effectum .l. ſi cognatis.ff. de reb. dub. Angel. in d. conſi. 261. col. fi. verſi. ſeptimò non obſtat.

36 Duodecimò limitatur † in futuris contingentibus per modum latentis incrementi, puta per alluuionẽ quæ veniunt in diſpoſitione licet concepta per verba præſentis temporis.l. quòd in rerum .§. ſiquis poſt .l. ſi ex toto in prin.ff. de leg. .i.l. cum fundus nominatim .ff. de lega. ii. quæ iura ita intelligit Alex.in d.conſil.25. col.ii. ver. non obſtant allegata in contrarium lib. 7.

73 ¶Decimotertiò non procedit † in augumento contigente rei legatæ facto teſtatoris, nam ex quo legatum non ſortitur effectũ niſi poſt mortem & auxit teſtator rem legatam, videtur voluiſſe quod cederet augumentũ legato. Ita Alex. in d. conſil. 25. col. ii. verſi. non obſtant allegata in cõtrarium lib 7. per iura alleg. ſupra in duodecima limitatione, & dicit Alex. ꝙ aliud eſſet in actu inter viuos & ſic ſecundum Alex. facilius veniunt futura in diſpoſitione per viam vltimæ voluntatis quàm inter viuos.

33 Decimoquartò † non procedit in futuris contingentibus per modum acceſſorii; quia illa veniunt in diſpoſitione concepta per tempus præſens, ideo legatum quicquid legatarius teſtatori debet, compræhendit etiam debitum vſurarum decurſarum poſt teſtamentum vſq; in tempus mortis .l.fi.§.fi.ff. de libera. lega. Alex. in d.conſil. 25. col. ii. poſt med. ver. non obſtant etiam lib. 7. Addo.glo. in c. cum capella de priuileg. Bald.in d. conſil.112 quæritur qui intelligantur col. ii. lib. ii. vbi Bald. ita intellexit tex. in dic.l. ſi ſeruitus ff. de ſerui. vrba. præ. Idem tradit Pa. de Caſtr. in d.l. damni infecti ſtipulatio .§. ſi is qui vicinas per illum tex. ff. de dam. infect. vbi ſtipulatio de damno infecto ratione domus trahitur ad res mobiles poſtea inductas in ipſam domum tanquam acceſſorie venietes. Paul de Ca. refert & ſequitur Curtius Senior in conſil. 57. col. vi. in fi. pro quo etiam videtur tex.in.l.pen. ff. de fund. inſtruc.

¶Decimo quintò non procedit quando ex cauſa illius iuris de futuro promiſſor erat obligatus, puta vẽdit quis rem alienam deinde acquirit dominium illius rei, nam illud cedit commodo

emptoris,quia tenebatur vẽditor pro cauſa illius
dominii.l. ſi à Titio ff. de rei vendi. cum ſimili.
in glo. ibi alleg. Tradit Iaſ.in .l.ſtipulatio iſta ha
bere.§. i. in quarto notab. ff. de ver. ob.
39 ¶Decimo ſextò † nõ procedit quando citra cõ
prehenſionem futurorum diſpoſitio concepta
per verba præſentis temporis nihil operaretur,
nam veniunt futura vt aliquid operetur. Baldus
Imol. & Paul. de Caſtr. in d.l. ſi ita ſcripſiſſet.ff.
de lega. ii. Iaſ. in d.l. pen. §.illud .ff.quod quiſq;
iuris in .l. qui Romæ.§. duo fratres col. 26. nu.
100. & in.l. cum ſtipulamur. ff. de ver. obl. in.l.
talis ſcriptura col. vi. in fi. verſi. tu nota diligen
ter iſtam doctrinam .ff. de leg.i. & in .l. ii. col.ii.
circa med. C. de hæred. inſti.
¶Similiter & decimoſeptimò non ꝑcedit quã-
do viciaretur diſpoſitio ſeu nulla fieret ſi reſtrĩ-
gatur ad tempus præſens, nam tunc trahitur ad
futura puta iuſſit teſtator fieri hoſpitale in domi
bus ſuis, & illud inſtituit hæredẽ, deinde domos
alienauit & alias emit, certè in domibus poſtea
emptis conſtrui debet hoſpitale, quia aliàs teſta
mentum corrueret ſine hærede. Ita Bart.in cõſ.
26. teſtator. ſequitur Iaſ. in .l. placet col. fi. .ff.
40 de lib. & poſthu. Eadem ratione † inſtitutio fac
ta de poſthumo per verbũ præſentis tẽporis tra-
hitur ad futurum ne teſtamentum corruat. Bal.
in conſil. 113. lib. v. Paul. de Caſtr. in conſilio
409 in ſecundo dubio lib.ii. Iaſ.in d.l.placet col.
pen. in fi. & licet contrarium teneat Angel. in
conſil. 51. Simon notarius,quem ſequitur Soci.
in d.l. placet col. fi. Tamen in caſu quo loquitur
Angel. vbi ponitur verbum eſſe, ſine dubio vi
detur comprehendi poſthumus futurus per .l. ſi
debitor §.i.ff.de contra.emp. & .l.cum certus.ff.
de tri. vino oleoq; leg. & quod ſcribunt Ang. &
Alex. in .l. cum ſtipulamur .ff. de verb. obli. de
clauſula codicillari concepta per tempus præte-
riti perfecti ſubiunctiui, ꝙ operatur etiam in fu-
turo defectu, quod etiam voluit Deci. in conſi.
242. col. ii. Sed maius dubium eſt in verbo præ-
ſentis indicatiui modi, in quo tamen idem vide
tur dicendum quando fit inſtitutio ab infirmo,
quia tunc appoſitum videtur tẽpus præſens ma-
gis ex opinione teſtatoris, qui putaret ſe mori-
turum nec poſthumum alium habiturum quam
animo reſtringẽdi inſtitutionem ad poſthumũ
præſentem tantum, ita conſiderat Pau. de Caſt.
in d. conſil. 409. in ſecundo dubio. In teſtatore
autem valido corpore dubitarem, maximè quia
non videtur par ratio vocandi futurum ex alia
vxore fortè non perinde dilecta itaq; plurimum
conſiderarem cauſam de nouo ſuperuenientem
¶ Aliæ limitationes tradi poſſunt ad hanc
regulam veniẽdo ad cognitionem, & diſcuſſio-
nem alterius regulæ, ꝙ vnius incluſio alterius
eſt excluſio; quia in caſibus in quibus incluſio
vnius non eſt excluſio alterius, in illis diſpoſitio
concepta per tempus præſens nõ videtur exclu-
dere futura. Similiter aliæ limitationes accomo
dari poſſunt veniendo ad cognitionem & exa-
minationem taxatiuè, quia in caſibus in quibus
taxatiua alia non excludit in illis videtur ꝙ tem-
pus præſens futurum non excludat; nam ratio
quare in diſpoſitione præſentis temporis futu-
ra non veniunt non alia videtur niſi quia inclu-
ſio præſentis futurorum videtur excluſio, &
quia diſpoſitio præſentis temporis taxatiuam vi-
detur habere ad futura, quæ omnia notanda
ſunt, quia alibi non æquæ compoſita & explica
ta tractantur.
41 ¶Vnam aliam limitationem † non omitto &
erit decimaoctaua limitatio vt non procedat in
re futura ſubrogata loco rei, quæ erat de præſen
ti.l. ſi ita fuerit .ff. de lega. iii. .l. filiæ .§.fi. ff. de
condict. & demonſt. & quod no. Io. Andr. in
regu. qui ſentit de regu.iur. lib. 6. & in c. fi. de
verb. ſigni. eodem lib.in nouella, vbi ſi episco
po conceſſum ſit priuilegium vt duo clerici exi
ſtentes in eius ſeruitio percipiant fructus bene
ficiorum ſuorum licet in eis non reſideant, tra-
hitur priuilegium ad clericos ſubrogatos loco
eorum, qui ſeruiebant tempore priuilegii,
quia ſubrogatum cenſetur idem cum eo in cu-
ius locum ſubrogatur .c. habeo 16.di. c. deniq;
vbi glo. 7.q.i. pro hoc tex. in .l. ſeruitutes .§. ſi
ſublatum.ff. de ſerui. vrba.præd. quẽ tex. ad hoc
citat Alex. in d. conſil. 178. col. ii. circa fi. lib.
ii. vbi etiam allegat tex. in .l. ſicut in annos in ſe
cundo reſpon.ff. quẽadm. vſusfruc. amitta. Tra
dit etiam Paul. de Caſtr. in d. conſil. 78. ſuper
eo. quod primo loco quæritur col. ii. lib. i.
¶Decimononò non procedit in actu, qui depẽ
det ex voluntate defuncti, nam voluntas pendet
vſque ad mortem, ideo habetur reſpectus ad fu-
turum licet verba ſonent in præteritum .l. talis
ſcriptura .§.fi.cum.l. ſeq. vbi Bar. in ſecũda op-
po. in fi. eodem. Sed iſta intelligentia Bart. mi
hi non placet, quia ſequeretur quòd ſemper in
vltima voluntate tempus præſens traheretur ad
42 futurum. Ideo † videtur dicendum ad tex. in d.
§.fi. ꝙ ibi illa diſpoſitio trahitur ad futura, quia
eſt diſpoſitio declaratoria, quæ declaratio faci-
lius extenditur quàm noua diſpoſitio per illum
tex. hinc videmus ꝙ declaratio voluntatis facta
cum vno præiudicat quoad omnes. Bar. in .l. fi.
.ff. de interrog. actio. & in .l. is poteſt col. iiii.
verſi. nũc videamus.ff. de acq. hæred. Dec. in cõſ.
35. col. ii. circa med. Ideo reformari poteſt limi
tatio ꝙ diſpoſitio præſentis temporis in actu te
ſtatoris trahitur ad futura quando agitur de de
clarando voluntatem ſuam circa qualitatem aut
modum legandi ita ꝙ non agatur de inducendo
nouum legatum aut legati diſpoſitionem.
¶Hic etiam aduertendum eſt circa prædicta
dum dictum fuit priuilegium concernens præiu

dicium tertii ſtrictè eſſe intelligendum vt futura non comprehẽdat, Crotus exemplificat quando concederetur priuilegium ſcholaribus q̃ Dominus teneatur locare ſcholari ſub eandem penſione licet condicio melior offeratur ab alio, & ſic præſupponit Crotus tale priuilegium valere. Sed iſtud non videtur verum, q̃ ſi inueniam meliorem conditionem ab alio, tenear locare cũ minori, quia princeps non poteſt derogare iuribus ſubditorum in his quæ ſunt de iure gentium vt habetur per Bar. & Doct. in .l. fi. C. ſi contra ius vel vtil. pub. per Doct. in c. quæ in eccleſiarum de conſti. Ideo explificandum videtur dictum quando conceditur priuilegium tertio eo caſu quo poteſt princeps tertio præiudicare, puta quando agitur de auferendo beneficium iuris ciuilis.

¶ Secundò ad aliud aduertendũ eſt contra Crotum, circa illa verba per omnia dum dicitur q̃ dictio per ſignificans perfectionem, q̃ debet augere illud ſignum vniuerſale omnia vt trahatur ad futura. Crotus dicit q̃ iſta dictio per, non determinat verbum priuilegia ſed ſolum verbum

43 omnia cui adiicitur. Sicut † dicitur de relatiuo q̃ ſolum refertur ad ſuum antecedens & illud reſtringit & non ad alia. l. à filio §. fina. ff. de alim. lega. nam iſtud fundamentum Croti retorquetur contra eum, quia vbi relatiuũ ponitur cũ ſigno vniuerſali refertur etiã ad alia quã ad ſuum antecedens .l. hæres meus §. vxori ff. de lega. iii. Bar. in .l. Plancius in prin. ff. de auro & argent. leg. ergo idem videtur in iſta dictione per iuncta cum ſigno vniuerſali.

¶ Secundò tollitur iſta conſideratio Croti nam vult q̃ iſta dictio per, ſolum determinet ſignum vniuerſale omnia, non autem verbum priuilegia, ita q̃ conceſſio priuilegiorum intelligatur facta per omnia idest integraliter non q̃ dicatur facta conceſſio per omnia priuilegia etiam futura, nam ita conſiderando illa dictio per, & ſignũ illud vniuerſale omnia nihil videretur operari quia quoad præſentia, ſatis erat locutione indiffinita. Rurſus intelligendo illa verba per omnia circa priuilegia præſentia tantum, lædi videtur ſignificatio verborum vniuerſalium, quia non per om: nia facta videtur conceſſio ſi quoad præſentia tantum, ideo quatenus attenet ad impugnationes Croti, illæ non videntur obſtare Sed in hac materia an diſpoſitio vniuerſalis trahatur ad futura recurrendum videtur ad aliam doctri. de qua ſupra videlicet an agatur de magno præiudicio vel non.

¶ Ex hac .l. conſueuit notari effectus verborum vniuerſalium dum tex. dicit q̃ per omnia exæ-

44 quata ſunt legata fideicomiſſis, nam dictio † omnia eſt dictio vniuerſalis nihil excludẽs aut excipiens, pro quo bonus tex. in .l. Iulianus in prin. ff. de lega. 3 .l. a procuratore. C. mandati, c. ſolite de maiori. & obediẽ. c. ii. de obſer. ieiu. c. ſi Romanorum 19. di. §. i. inſti. de dona. ponderando dictionem ferè innuendo & præſupponẽdo q̃ niſi eſſet illa dictio ferè, nihil cenſeretur exceptum.

¶ Et plus operantur verba vniuerſalia quàm generalia, ideo plus eſt dicere abſtinere ab omni munere quàm abſtinere à munere .c. ſunt nonnulli .1. q. 1. Similiter plus eſt coire ſocietatem omnium bonorum quàm inire ſocietatem ſimpliciter. l. 3. §. i. iuncta .l. coiri .ff. pro ſocio. no. glo. in .c. paſtoralis in ver. temporaliter de donatio. nam genus ſaluatur in vna ſpecie ſed vniuerſitas non. vt no. in .l. ſicut. ff. quod cuiuſq; vniuer. nomi. Bal. in cõſi. 196. ſuper eo quod quæritur. col. 2. circa med. lib. 4. Et q̃ verba vniuerſalia latius operentur quàm generalia probatur, nam ſi maritus legat dotem vxori ſimpliciter, non cenſetur remittere deductionem expenſarum in rebus dotalibus factarum, ſecus ſi legat vniuerſaliter quicquid ad eũ dotis nomine peruenit. l. nemo. §. auie. cum glo. ff. de lega. 2. las. in .l. poſt dotẽ. col. 7. poſt med. verſi. vltimo. adde, ff. ſolu. matrimo.

45 Similiter licet † obligatio bonorum generaliter facta nõ cõprehendat ea quæ quis in ſpecie obligaturus non fuiſſet. l. obligatione. ff. de pignor. ſecus tamẽ in obligatione vniuerſali quando quis obligat omnia bona ſua. Corn. in conſi. 128. col. pen. poſt med. verſi. nec obſtat q̃ non veniunt. lib. 3. Deci. in .c. ſedes. col. 5. circa medi. de reſcrip. in .l. omnia. in prin. ff. ſi cer. pet. & in cõſi. 389. col. fin. circa med. Et iſtud voluit Bar. in .l. ſi pluribus. poſt med. ff. de lega. 2. dum dicit q̃ indiffinita non æquipollet vniuerſali quando non eſt eadẽ ratio per. d. l. obligatione generali. & ſic clare vult Bart. q̃ in .d. l. obligatione eſſet oratio concepta verbis indiffinitis aut generalibus non vniuerſalibus. conſequenter vult q̃ ſi obligatio bonorum concepta ſit cum ſigno vniuerſali non ſit locus. d. l. obligatione. & ita Bart. allegat Corn. in. d. conſil. 128. col. penult. poſt med. lib. 3.

Sed contrariũ q̃ immo. d. l. obligatione generali. procedat etiam in obligatione vniuerſali omnium bonorum, tenet Bar. ſibi contrarius in .l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. col. 4. in ſecunda oppo. ff. de rebus dub. in .l. codicillis. §. inſtituto. ver. quæro quid ſi iſte filius. ff. de lega. 2. Ange. in. d. l. obligatione generali. Imol. Roma. & Alex. in .l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. Soci. in. d. l. ſi is qui ducẽta. §. vtrum. col. pen. verſi. de ſecunda limitatione. Confirmo iſtud

46 dictum, nam † verba vtcunq; vniuerſalia non operantur vltra mentẽ diſponẽtis, Ideo odioſa non veniunt. quia non eſt veriſimile ſenſiſſe diſponẽtem de odioſis. l. Lucius. §. Lucius Titius damnam. vbi Bar. & Doct. ff. de lega. 2. facit tex. in .l. teſtamen

.l.teſtamento centurio .§. 1.ff. de manu. teſta.&
in.c.2.de filiis præsbi. lib.6. Similiter videmus ꝙ
verba vniuerſalia non comprehendunt grauio-
ra aut maiora expreſſis, quia non eſt veriſimile.
diſponentem de grauioribus ſenſiſſe. Clem. nó
poteſt. de procura. Itaq; cú diſpoſitio .d.l. obli-
gatione generali. fundetur in veriſimili mente
diſponentis, dicendum eſt quòd procedat etiá
non obſtante ſigno vniuerſali.

Aliud exemplum in quo vniuerſalitas ſortius
47 operatur quàm generalitas.ná † in diſpoſitione
generali feudum non venit .c.1 .§. in generali
ſi de feudo fue.cótro. inter domi & agna. Secus
tamen eſt in diſpoſitione vniuerſali,quæ ad feu-
dum etiam refertur. Deci.in.d.conſi.389.col.fi.
circa med.Corn.in cóſi.321.in fi.lib.4.Ia.in cóſ.
.224.col.2.in fi. verſi. tertio iſtud ſtatutú. lib.2.
Curti.iunior in conſi.26.col 4.

Sed parcant mihi tam reuerendi patres, ego
puto ꝙ male loquantur, & eorum dictú videtur
omnino confundi ex dictis proximè circa intel
lectú.d.l.obligatione generali. ná ſi hypotheca
vniuerſalis nó cóprehendit bona, quæ in ſpecie
quis obligaturus non fuiſſet ex veriſimili mente
diſponentis vbi non agitur de graui præiudicio
.l.fi.C.quæ res pig.obli.poſ.quanto minus verba
vniuerſalia cóprehendent feudú in quo agitur
de pœna & ſic de graui præiudicio.

Secundò contra dictos patres adduco Bar. in
.d.l.codicillis.§. inſtitutio .ff.de lega.2. vbi ꝙ in
alienatione omniú bonorú non veniunt bona
prohibita alienari ex quorum alienatione inci-
deret quis in pœnam, quia non eſt veriſimile ꝙ
ſenſerit alienás de talibus bonis.& loquitur Bar.
in alienatione vniuerſali omnium bonorum.

48 Tertiò adduco † tex. in.l. pen. in fi. iuncta .l.
prætor.§.eſt præterea.ff.de bonis autori.iud.poſ
ſi.nam in.d.l.pen.in fi. dicitur ꝙ creditor miſſus
in poſſeſsionem ex primo decreto tenetur præ-
ſtare debitori venienti ad recuperationem rei
omne id quod præſtatur in actione negotiorú
geſtorú, & tamen in.d.l.prætor.§.eſt præterea.
dicitur ꝙ talis creditor non tenetur de culpa,
quæ tamen venit in actione neg.ge. Ecce ꝙ vni
uerſalitas omnis de qua in.d.l. pen. in fi. reſtrin-
gitur ad ea quæ ſunt eiuſdem rationis, & ad ea
quæ percipiuntur ex bonis non ad ea quæ non
percipiuntur licet in tali omiſsione non perci-
piendi culpa commiſſa ſit, & ſic illa vniuerſalitas
reſtringitur ad percepta nó ad omiſſa in quibus
diuerſa eſt ratio, & illum tex.ad hoc citat Calca.
in conſi.1. col.19. circa fi. Sed non eſt par ratio
includendi bona prohibita alienari ſub pœna &
bona in quibus ceſſat prohibitio.

49 Quartò adduco † tex.in.l.ſi pater.ff.de priuil.
credi. vbi licet filio concedatur poteſtas libera
alienandi bona, non tamen cenſetur permiſſum
vt alienet in fraudem creditorum, & tamen ver-
bum libera non minus importat quàm ſignum
vniuerſale, immo vniuerſalitatem & præciſam
importat excludens omnes modos & conditio-
nes.c.extirpande.§.fi.de præbend.c.ſi beneficia.
eo.titu.lib.6.Oldra.in conſi.225. grauamina.in
primò dubio.& col.2.in fi.& in conſi.275.quæ-
ſtio eſt in prin. Si per liberá conceſsionem alie-
nandi non céſetur permiſſum vt tertio præiudi-
cetur quanto minus céſebitur quis præiudicare
ſibi ipſi per vniuerſalé alienationé.arg.l. præſes.
C.de ſerui.& aqua.

50 Quintò adduco † ꝙ ſcribit Ang. in conſi.6.
lata eſt.circa fi.vbi ꝙ verba vniuerſalia gemina-
ta in omnibus & per omnia, recipiunt interpre
tationem ne ad intellectum iniquiſsimú perdu-
cantur ſed adaptentur iuri communi quantum
fieri poteſt. Sequútur Moder.hic. Curti. Senior
hic in conſi.50. memoriæ. nu.194.verſi.quarto
corroborantur. Sed nonne iniquiſsimum eſſet
ꝙ in tali alienatione cenſeatur incluſum feudú
per quá incluſioné alienans incideret in pœnam
& priuaretur iure ſuo.

51 Sextò adduco † tex. in.l. qui habebat.in prin.
ff.de leg.3. & in.l.legata.§.fi.ff.de ſupel.leg. Vbi
in legato vniuerſali omniú prædiorú aut omnis
argenti non veniunt prædia aut argentú pigno
ri data, & ſic reſtringitur legatum vniuerſale
ad bona quæ erant teſtatoris pleno iure non ra-
tione hypothecæ.& tamen ibi non agebatur de
tanto præiudicio, quanto minus veniét in alie-
natione vniuerſali bona prohibita alienari ex
quorum alienatione pœna priuationis commit-
teretur.

52 Septimò arguitur † verba vniuerſalia reſtrin-
guntur ſecundum naturam & poteſtatem diſpo
nentis.c.1.iuncta glo.de conſtitu. nam tex.dicit
ꝙ canones ab omnibus ſunt ſeruandi.exponit &
reſtringit glo. ſcilicet in caſibus ſubiectis Papæ.
Ad idem glo. in.c. dilecto. de ſen. excom. lib.6.
tradit Geminia. in conſi.96. col. 2.in fi. Eodem
modo quando quis alienat omnia bona ſua, re-
ſtringi debet alienatio ad ea in quibus alienádis
poteſtatem habet, ſed in feudo ceſſat poteſtas
non accedente conſenſu Domini, ergo &c.

53 Octauò adduco † quod ſcribit Pau. de Ca.in
conſi.347. quia circa donationem. col.2. poſt
med. lib.1. vbi ꝙ donatio vniuerſalis omnium
bonorú ſolum cóprehendit bona quæ donantis
ſimpliciter erant, nec refertur ad bona quæ poſt
mortem donatoris alii erant reſtituenda.quia de
illis non cenſetur cogitatum. Idé voluit Corn.
in conſi.89. col.5.verſi.quintò medio.lib.3. vbi
ꝙ in donatione vniuerſali omnium bonorum
nó veniunt bona alii donata particulariter, quia
non eſt veriſimile ꝙ voluerit donator fidem
fallere erga primum donatarium.& ſic reſtringi-
tur vniuerſalitas ex veriſimili mente diſponétis
ꝙ noluerit præiudicare tertiò, quanto magis

reſtrictio fieri debet, ne cenſeatur voluiſſe præ-
iudicare ſibiipſi,& in pœnam incidere. Fortius
54 † ſcribit Areti.in conſi.74.diligenter,& mature
ponderatis.col. pen. in quarto dubio.ꝙ vniuer-
ſalis inſtitutio hæredis non trahitur ad bona alii
dõata cauſa mortis,licet reuocari potuiſſet.quia
non eſt veriſimile ꝙ voluerit reuocare prius cõ
ceſſa.Idem quod Areti.voluit Corn.in cõſi.165.
col.3.poſt med.lib.2. Si vniuerſalis diſpoſitio nõ
trahitur ad ea, in quibus diſponens poteſtatem
habet,& hoc ex veriſimili eius mente ne cenſea
tur alii præiudicare, multò magis tantundem
probandum erit in fauorem ipſius diſponentis,
ne cenſeatur præiudicare ſibiipſi.

Aliqua tetigimus circa vim, & efficaciam ver-
borũ vniuerſalium, & quomodo differant à ver
bis generalibus,aut indiffinitis,inſertis etiã deci-
ſionibus nonnullis pertinentibus ad reſtrictionẽ
vniuerſalitatis. Sed in hac materia reſtrictionis
verborum vniuerſalium duæ principales tradun
55 tur concluſiones, † prima ꝙ reſtringuntur ver-
ba vniuerſalia,ne ſequatur iniquum. pro qua cõ
cluſione Crotus hic allegat tex.in.§.cum autem
verſi. ſed ſi ex indulgentia. inſtit. quibus mo.ius
patriæ pote.ſolui. vbi dicitur ꝙ reſtitutus à prin-
cipe per omnia recuperat priſtinum ſtatutum,
& tamen talis reſtitutio nõ trahitur ad ius alteri
quæſitum,quia hoc eſſet iniquum.l.impuberi.ff.
de admi.tu.glo.Bar.& Doct.in.l.gallus.§.quid ſi
tantum.ff.de lib.& poſthu. Vltra Crotũ adduco
ſingulare dictum Oldra.in cõſi.268.quæſtio eſt.
vbi ꝙ priuilegium exemptionis decimarum cõn
ceſſum religioſis de quibuſcunq; poſſeſſionibus
quas nunc poſsidẽt vel in futurum poſsidebunt,
reſtringitur ad decimas in quarum poſſeſsione
eccleſia cathedralis non erat, non autem proce
dit in decimis in quarum poſſeſsione erat eccle-
ſia cathedralis. & hoc ne ſequatur iniquitas, ꝙ
tertiò præiudicium inferatur. Ad idem adduco
tex.in.l.1.in ſi.vbi Bar.ff.quod vi aut clam. in.c.
ex parte.2.vbi late Moder.de offi. de lega.vbi ꝙ
clauſula nulla exceptione obſtãte nõ tollit exce
ptiones legitimas. pro quo etiam bonus tex.in.l.
& non tantum.§.1. vbi glo. in ver.nec vlla.ff.de
peti. hæredi. & ſic ſtatutum loquens per verba
vniuerſalia negatiua reſtringitur,ne tertio præ-
iudicium inferatur,& ne iniquum ſequatur. Ad
idem faciunt quæ ſupra proxime dixi ꝙ donatio
vniuerſalis de omnibus bonis non cõprehendit
bona alii prius donata, ne ſequatur iniquitas, ꝙ
56 tertio præiudicium fiat. Ad idem † adduco tex.
in.c.qui ad agendum. de procu.lib.6.& in clem.
non poteſt.eo.ti.vbi ꝙ verba vniuerſalia mãdati
reſtringuntur, vt ne cõprehendant ea,in quibus
mandatum ſpeciale requiritur, & hoc quia aliàs
ſequi poſſet iniquitas ſi eſſet in poteſtate procu-
ratoris Domino nimium præiudicare ſub præ-
textu talium verborum.

57 Simile videmus † in exẽptione vniuerſali ab
omnibus muneribus ꝙ reſtringitur vt non traha
tur ad cauſam refectionis murorum, quia talis
refectio maxime dicitur neceſſaria reipublicæ,
& iniquũ videretur ſi ad cauſam tam neceſſariã
traheretur immunitas.Bal.in cõſi.312. ſi de iure
communi lib.3.

Simile videmus in dictione præciſa, ꝙ licet
vniuerſaliter intelligatur,& idẽ importet quod
indiſtinctè & in omni caſu.glo.in.l.ſi cum exce-
ptione .§. quatenus ĩ verbo omnimodo.ff.quod
metus cau. Iaſ. in.l. nemo rem ſuam. col.2. circa
med.ff. de verbo.oliga. Tamen recipit limitatio
nem & reſtrictionem ne cõtineat iniquitatem,
puta Apoſtolus prohibuit diſcipulo ſuo vt ne
vino omnino vteretur, talis tamen prohibitio
præciſa relaxatur propter neceſsitatem. Bald. in
.c.& ſi Chriſtus.col.2. verſi.in tex.ibi neceſsitas.
de iureiuran. Deci.in cõſi.356.col.2.poſt med.

Secunda concluſio ponitur per Crotum hic
58 poſt alios, ꝙ diſpoſitio † vniuerſalis reſtringitur
ad habiles, pro qua concluſione. quia Alex. &
Soci.nihil allegant Crotus ipſe adducit tex. in.l.
promittendo .ff. de iure dotium. vbi licet text.
loquatur multum vniuerſaliter ꝙ omnes promit
tentes dotẽ obligantur cuiuſcunq; ſint ſexus, &
cõditionis: Tamen reſtringitur ad eos qui ſunt
legitimæ ætatis per tex.in.l.fi.C. ad Velleianum.
vbi minores non obligantur ex cauſa dotis, &
hoc, quia abſurdum eſſet minorem infirmo con
ſilio ſine iuris ſolennitatibus obligari.

Aduertendũ tamen circa glo.d.l.promitten-
do.dũ exponit illa verba vniuerſalia cuiuſcunq;
cõditionis, ſiue clerici, ſiue laici.quã glo. ſequit
Iaſ.in conſi.223.col.3.ante med.lib.2.in cõſi.55.
col.2. in fi.lib.3.& in cõſi.115.col.8. circa med.
lib.4. Sed dubitat de illa glo. idem Iaſ. in.l.1.§.
nunciatio.col.5.ff.de oper.noui nũcia.Ideo con
ſiderandũ eſt ꝙ niſi obligarentur clerici ex pro-
miſsionibus eorũ de iure canonico.c.1.de pactis,
quatenus attinet ad ius ciuile non obligarentur
per.d.l.promittendo, quia princeps ſecularis nõ
habet poteſtatem in clericos, vt latè habetur in
.c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de cõſtit. conſequẽter
malè dicit glo.in.d.l.promittendo.ꝙ illa.l.com-
prehendat clericos, nam ſi in ſpecie non poteſt
princeps quid ſtatuere contra clericos, multò
59 minus † dicendum eſt ꝙ in diſpoſitione ſua vni-
uerſali comprehendantur perſonæ in quas pote
ſtatẽ non obtinet.per tex.c. 1.de conſti. vbi licet
tex. dicat canones ab omnibus ſeruandos eſſe,
tamen glo. ibi neceſſario reſtringit in caſibus
ſubiectis Papæ in quibus habet Papa poteſtatem
diſponendi. pro hoc tex. in.l. quamquam .ff. de
ritu.nup.vbi licet pater commiſerit arbitrio ma
tris, cui nuptui filiam collocaret, tamen per tale
arbitrium non poteſt mater filiã in matrimoniũ
tutori dare, cum tale matrimoniũ ſit prohibitũ.

Ad idem

Ad idẽ tex. in.d.l.ſi pater.ff. de his quæ in fraud.
credi. vbi conceſsio libera alienandi non inclu-
dit alienationem de iure prohibitam. Ad idem
tex.in.l.Lucius.§.pen. vbi glo.in ver. videaris.ff.
ad municip.vbi ꝙ pater cõſentiens decurionatui
filii infantis, non tenetur durante tali ætate ad
onera decurionatus, quia cum expreſſè ad talia
onera filiĩ obligare non potuerit, multo minus
tacitè præſumetur id voluiſſe, & ſi filius non
tenetur ergo nec pater, qui ſolum obligatur ex
tali cõſenſu tanquam fideiuſſor filii.l.2. in prin.
eo.titu. Sed magis in terminis adduco tex. in .c.
tua. de decimis. vbi ꝙ conceſsio imperialis qui-
buſcunq; verbis fiat neminẽ poteſt à ſolutione
decimarum eximere; cum in ſpiritualibus pote-
ſtatem non habeat. Ad idem tex. in.c. à nobis.
vbi Abb.in tertio no. de ſen.excom.in.c.vt tan-
torum.de conſti.lib.6. Ad idem tex. in.l. ſpẽ.C.
quæ res pigno.obliga.poſs.vbi obligatio vniuer
ſalis omnium bonorum non trahitur ad bona
quæ in ſpecie obligari non poſſunt. Tradit Bar.
in.l.ſi quis ſub conditione in fi.ff.de condi.inſti.

60 Pro eadem concluſione † ꝙ diſpoſitio vni-
uerſalis reſtringatur ne ſequatur abſurdũ allegat
Crotus tex.in.l. 1. vbi Bart.C.de ſacroſan.eccleſ.
vbi diſpoſitio illius.l. vniuerſalis reſtringitur ne
cõprehendat pupillum, quia hoc eſſet abſurdũ
ꝙ pupillus teſtari poſſet.l.fi.C.de teſta.mili. Ad-
do quod in pulchro caſu ſcribit Pau. de Caſtr.in
cõſil.50.viſo codicillo.lib. 2. vbi teſtator legauit
certum ſuum liuellum ſub conditione ſi legata-
rius voluerit ſoluere omnia ſua legata. In legatis
erant duo magna legata relicta matri & vxori
teſtatoris de dotibus earum de quibus conſtabat
per inſtrumenta, decidit Pau. ꝙ legatarius non
tenetur ad illa duo legata de dotibus de quibus
conſtant inſtrumenta, quæ legata non valent
niſi in commodo repreſentationis. Nec obſtat
ꝙ teſtator vſus fuerit verbis vniuerſalibus man-
dando ſolui omnia legata, quia reſpondet Pa. ꝙ
reſtringitur illa vniuerſalitas ne ſequatur incõ-
ueniens ꝙ teneatur ad legata quæ vt legata non
valent. Ad idem adduco text. in.l.pen.ff. ad ex-
hiben. vbi licet dicatur ꝙ omnes poſſunt agere
ad exhibendum, tamen iſta vniuerſalitas reſtrin-
gitur ad eos quorum intereſt ex cauſa honeſta
& probabili, aliàs ſequeretur abſurdum ꝙ poſ-
ſet quis petere exhiberi rationes ab aduerſario
quia ſua interſit exhiberi, ſimiliter poſſet ſcho-
laris petere exhiberi ſibi libros, quia ſua interſit
cũ eis indigeat ad ſtudium. Alibi ſcribit Ancha.
in conſi.270. in primo dubio ꝙ licet certis offi-
cialibus conceſſa ſit poteſtas libera & latiſsima
certum quid faciendi, reſtringitur tamen pote-
ſtas tam ampla ne ſequatur abſurdum, ꝙ Ancha.
dictum refert, & ſequitur Alex.in conſi.83.col.
4.in fi.lib.2. Ad idem ꝙ reſtringantur verba vni
uerſalia ne ſequatur abſurdũ adduco Iaſ. in cõſi.
182.col.6.poſt med.lib.2.& in conſi.115.col.5.
in prin. lib.4. Deci. in .c. cum inter.in ſeptimo
61 nota. de exceptio. In qua † materia abſurditatis
notandum ꝙ Rota deciſ.487.ſi appellatus.col.1.
in nouis allegat vnam rub. C. de abſurdis. quam
ex fantaſia ſua excogitauit.

62 Sed vltra Crotum & Moder. dico † ꝙ aliis
etiam modis reſtringitur diſpoſitio vniuerſalis.
nam reſtringitur ex numeratione ſpecierũ præ-
cedentium, puta legat quis duas ſtatuas & omne
marmor, iſta vniuerſalitas omne marmor non
comprehendit alias ſtatuas vltra illas duas, quia
legando ſtatuas non videtur cogitaſſe de mar-
more, & ſic habuit teſtator pro diuerſis ſtatuas
marmoreas & marmor .l. hæres meus.§.1.ff.de
lega.3. Idẽ ſi præcedat vniuerſalitas & ſequatur
ſpecialitas, puta ſi quis leget omne marmor &
duas ſtatuas, nam ſolum veniunt duæ ſtatuæ mar
moreæ. Geminia.in cõſi.34.col.2.in fi.& in cõſi.
65.col.2. ante med. Alia etiam ratio illius tex.
afferri poteſt, ꝙ licet appellatione omnis mar-
moris veniant ſtatuæ, iſtud tamen non procedit
quando de vtroque in ſpecie fit mentio, quia
expreſſum facit ceſſare tacitũ.l. cum ex filio.§.1.
ff.de vulga.

63 Similiter reſtringuntur † verba vniuerſalia
ad ea quæ ſunt de natura diſpoſitionis cui adij-
ciuntur. Bal.in cõſi.67.quia ex facto. col.1.poſt
med.lib.3.Calca.in conſi.1.col.15.poſt.med.

Similiter reſtringuntur verba vniuerſalia vt
intelligantur ſecundum ſubiectam materiam.
Alexan. in conſi.35. col.4. verſic. circa tertiam
lib.4. Sequitur Deci. in.l.1. col.7. circa med.C.
qui admitti. Ideo ſi teſtis dicat ꝙ dici audiuit ab
omnibus hominibus ciuitatis intelligitur ſilicet
loquentibus de materia teſtimonij. Angel. in.l.
inter omnes. per illum tex.ff.qui ſat.cog. Pau.de
Caſt.in conſi.371. præmittendum eſt ad euiden
tiam dicendorum.col.3.in fi.lib.1.

64 Similiter reſtringuntur † vreba vniuerſalia ex
cauſa expreſſa in diſpoſitione, puta ĩ quitatione
quando cauſa expreſſa non adaptatur ad rem de
qua agitur, quia diſpoſitio vtcunq; vniuerſalis
reſtringitur per rationem in ea expreſſã.l. cum
pater.§.dulciſsimis.ff.de lega.2.per quem tex.ita
in quitatione tradit Areti. in conſi. 161. verum
eſt ꝙ comicus. col.3.poſt med.verſi.hoc præmiſ
ſo dico indubitanter.

65 Similiter reſtringuntur † verba vniuerſalia ſe
cundum communem vſum loquendi. Ideo ſta-
tutum ꝙ nullus capi poſsit in aliqua domo, intel
ligitur de ea quæ dicitur domus ſecundum com
munem vſum loquendi, ideo non habet locum
in apotheca quæ ſecundum communem vſum
loquendi domus non dicitur. Pau. de Caſt. in
conſi.211. viſo puncto ſupraſcripto & conſilijs.
col.2. circa fi.lib.1. Sequitur Deci. in.l.ſi tibi pe-
cuniam.in ſecũdo no.ff.ſi cer.pet.de qua tamen

materia

materia an appellatione domus veniat apotheca dixi latius conſulendo in ſecunda parte conſilio rum meorum modos alios non paucos prætereo ex quibus vniuerſalitatem reſtringi apparet.

66 Sed maior difficultas eſt † in verbis vniuerſalibus geminatis an reſtrictionẽ patiantur. Ang. in conſi.6. lata eſt ſententia, tenet ꝙ ſic.ratione iniquitatis vel abſurditatis euitandæ. Sequuntur Areti. Ias. Crotus & Rippa hic. Deci. in conſi. 356.col.2. circa med. & in conſi.383. in fin. & dictum Ange. dicit tenendum iuenti Soci. propter eius autoritatem, quia licet opi. Alex. contra Ange. videatur verior de iure, tamen opi. Ange. videtur æquior. & ad fundamenta Alex. & Soci.contra Ange. reſpondet Crotus hic. ſed tandem animaduertit Crotus ꝙ eius reſponſiones non videntur vrgere, quia potius tendunt ad impugnandum poteſtatem datam cõſulibus quàm poteſtati. & potius videntur arguere iniquitatem ſtatuti circa poteſtatem datam conſulibus quàm circa poteſtatem datã poteſtati. Ego tamen aliter conſidero contra argumenta Ale. & Soci. nam in effectu volunt ꝙ verba vniuerſalia non reſtringantur niſi reperiantur reſtricta per alias leges aut ſtatuta in materia de qua agitur, aliàs autem non fiat reſtrictio per .l. propterea.ff. qui & à quibus. quæ doctri. nimium videtur periculoſa, quia videtur quod imò reſtrictio fieri poſsit eo caſu quo fit per .l. aut ſtatutum in alia materia dummodo concurrat identitas rationis, aliàs eſſet diuerſificare caſus tantum non reddita ratione diuerſitatis, puta ſi lex aut ſtatutum reſtringit diſpoſitionẽ vniuerſalem in vna materia ne damnum quis indebitè ferat. vt per glos. & Doct. in.l. fin.C. de iure delib. cur non itidẽ faciemus in alia materia in qua militat eadem ratio damni; & idem in pluribus aliis exemplificari poſſet. Nec obſtat aliud arg. Soc. ꝙ hic agitur de extenſione iuris iam conceſsi, quia dico fieri reſtrictionem verborum vniuerſalium imò tolerari ꝙ nihil operentur etiam vbi agitur de extenſione iuris iam cõceſsi potius quàm vt damnum quis indebitè ferat. Bal. in.l. ſi quando. in prin.C. de inoffi. teſta. & in .l. terminato .C. de fructi. & lit. exp. ſequitur Areti. in con. 39. in conſi.106. in tertio dubio. & in cõſi.133. col. fin.

Sed vltra Alex. & Soci. contra Ange. arguo iudicio meo efficaciſsimè. nã in caſu Ange. poteſtas exequendi ſententias contra bannitũ con demnatum quam habent conſules mercantiæ datur poteſtati prout eã habent conſules in omnibus & per omnia, & ſic in tali poteſtate exequẽdi æquiperantur conſules & poteſtas, modo habeo ꝙ vbi duo æquiparantur per legem antiquã generaliter aut in modum regulæ, aut in eo de quo agitur. lex noua etiam pœnalis ſuperueniẽs diſponens in vno ex illis æquiparatis trahitur ad aliud .l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. iuncta gloſ. C. de furtis. & dixi in rubri. ſupra eodem nu. 146. & nu.153. Si vbi duo ſimpliciter æquiparantur, fit extenſio de vno ad alterũ in pœnalibus, quanto fortius vbi duo æquiparantur vniuerſaliter & in eo de quo agitur per verba geminata, intelligetur facta æquiparatio etiã reſpectu pœnæ aut odii. Stringo fortius argumentum. nam ſi fit extenſio in lege noua ſuperuenienti quanto fortius procedet æquiparatio in lege iam facta in qua liberum erat excipere pœnam aut odium ſi includi diſponens aut æquiparans noluiſſet. arg. .l. vnicæ.§.ſin autem ad deficientis .C. de caduc. tollen.c. ad audientiam. de decimis.

67 Secundò contra Ange. adduco † quod ſcribit Cardi. in Clem. ſtatutum, de electio. vbi ꝙ pœna appoſita in principali diſpoſitione cenſetur repetita etiã in eius aditione. Sequitur Deci. in.c. ſecundo requiris. col. fin. verſi. ſed tamen vlterius, de appella. vbi pro hoc citat tex. in .c. fina.§. ſin autem. & quod ibi domini. in prin. de conceſſ. præben. lib.6. Idem tenet Bertachi. in prima parte ſui repertorii in verbo aditio verſic. .7. Et licet iſtud dictũ reprobet Soci. in.l. mulcta. in primo & ſecundo nota.ff. de condi. & demõ. tamen ſine dubio videtur procedere quando in additione eſſet aliquod verbum inducens repetitionem. Corſet. in ſing. ſuis in verbo additio ſequitur Boeri.q.284. colum.2. Quid dicemus quando vnus officialis in poteſtate exequendi æquiparatur alteri in omnibus & per omnia? nã ex eo ꝙ æquiparatur alteri poteſtas alterius cenſetur repetita in ipſo qui æquiparatur, rurſus nõ fit repetitio ſimpliciter ſed per verba vniuerſalia geminata quæ ſalua ratione recti ſermonis reſtringi non poſſunt ad aliqua tantum.

Tertiò conſidero contra Ange. ꝙ niſi cenſeatur data poteſtas reſpectu vxoris & liberorũ condemnati, illa verba in omnibus & per omnia

68 fiẽt ſuperflua. Et licet in odioſis † fiat reſtrictio quatenus fieri poſsit, iſtud tamen intelligitur dummodo diſpoſitio aliquid operatur, ſicut dicitur in diſpoſitione quæ vulnerat ius commune .c. quod dilectio. de conſangui. & affi. Calder. in conſi.13. in prin. in titu. de præben. Nec obſtat reſpõſio Croti hic ꝙ potius toleratur vt diſpoſitio nihil operetur quàm tertio præiuditium inferatur glo. Bar. & Doct. in .l. fin §. in computatione. C. de iure deliber. Bal. in .l. terminato .C. de fructi. & litiũ expen. cum ſimil. vt per. Moder. in.c.i. de reſcrip. & dixi in cõſi.70. col. fi. quia iſtud procederet niſi appareret ꝙ ſtatutũ voluit tertio præiudicare, ſed hic apparet de voluntate ſtatuti per quod expreſſe datur poteſtas conſulibus exequendi ſententiam contra vxorẽ & liberos banniti condemnati. & ſolum quæritur quãdo conceditur eadẽ poteſtas poteſtati in omnibus & per omnia prout eam habebant ipſi

C

conſules, an cenſeatur conceſſa etiã contra vxorẽ & liberos. & dicitur quòd ſic, ex quo fit æquiparatio tam ample.

Quartò contra Ange. adduco † regulam, diſ
69 poſitio generalis generaliter debet intelligi etiã in materia odioſa & pœnali quatenus proprietas verborum patitur .l. cum lege. vbi Areti. de teſtam.c. penul. de ſenten. excom. glo. in.c. cõtra Chriſtianos. de hæreti. lib.6. Caſderi. in conſi. .i. in titu. de conſang. & affin. & in conſi.24. in titu. de præben. Alex. in auēten. ex teſtamento .C. de collatio. Deci. in .c. non liceat. col.2. in fi. in titu. de præben. Sed proprietas verborum vniuerſalium geminatorum non patitur reſtrictionem Ange. ergo &c. Sed ad iſtud argu. poſſet reſponderi, non procedere eo caſu quo proprietas verborũ aliqua ratione reſtringi poteſt.

Non ob. ꝙ intelligendo ſtatutum ita vniuerſaliter, reſultaret iniquitas & abſurdum, quia iſtud procederet niſi per aliud ſtatutũ data eſſet talis poteſtas conſulibus. ſed poſtquam data eſt ſemel poteſtas conſulibus ita exequendi contra vxorem & liberos banniti condemnati, & eadẽ poteſtas conceditur alii in omnibus & per omnia, nulla eſt iniquitas intelligere verba generaliter & vniuerſaliter prout ſonãt, ſed omnis ini-
70 quitas † attribuitur primo ſtatuto, quia à primordio tituli poſterior formatur euētus .l.i. circa fin.C. de impo. lucra. deſcrip. lib.10. omnia enim ad id referuntur vnde vim capiunt & originem.l. in ratione .§. ſi filio .ff. ad .l. Falcid. Et cauſa prima ſemper inſpicienda eſt nec operatur cauſa ſecunda niſi quantum ſibi influitur à prima & non vltra .l. ſi hæres.ff. de actio. empti. .l. ſi tibi domum .ff. loca .l. peto .§. prædium .ff. de lega.2. Ideo totum fundamentum Ange. ꝙ aliàs reſultaret iniquum & abſurdum potius reſpicit primum ſtatutum continens iniquitatem quàm ſecundũ, quia iniquitas & abſurditas omnis conſiſtit in primo ſtatuto, In ſecundo autem nulla eſt iniquitas niſi illa quæ deſcendit ex primo. Ideo ſi velimus tenere opi. Ange. tanquam tutiorẽ & æquiorem illam poſſumus tenere, nõ ꝙ ſecundum ſtatutum contineat abſurditatem & iniquitatem, ſed potius recedendo ab obſeruatione primi ſtatuti iniquiſsimi & abſurdiſsimi

Et licet reprobatur dictum Ange. quoad ſtrictum ius in caſu ſuo per prædicta, tamen vbi nõ appareret expreſſe de voluntate ſtatuentium ꝙ voluerint comprehẽdere caſum iniquum aliter quàm per virtutem verborum vniuerſalium, dictum Ange. in ſe verum eſt, ꝙ verba vniuerſalia vtcunq; geminata reſtringi debent quando aliàs reſultaret iniquitas aut abſurdum, etiam ꝙ aliàs nihil operarentur, quia vt ſupra dictum eſt, potius toleratur ſuperfluitas verborum quàm vt ter-
71 tio præiudiciũ inferatur. Et dicit † Pau. de Caſt. in conſi. 358. viſo puncto ſupraſcripto. col.2. lib.2. Corn. in conſi.119. col.2. in fin. lib.2. ꝙ potius toleratur vt verba nihil operentur quàm vt inducatur iniquitas aut aliquod illicitũ, hinc videmus, ꝙ euidens iniquitas reddit ſententiam nullam .c. cum Bertoldus. vbi latè doct. de re iudi. Similiter euidens iniquitas reddit tranſactionem nullam, arguendo de ſententia ad tranſactionem. Ita Anchar. in conſi.180. viſa diligenter narratione. col.2. verſi. præterea error. Sequitur Soci. in cõſi.72. col.2. verſi. infertur etiã & quarto lib.3.

Ex præmiſsis habetur vnus caſus in quo verba vniuerſalia geminata nihil operantur vel reſtringuntur, videlicet quando vniuerſaliter intelligẽdo reſultaret iniquum aut abſurdum nec apparet de mente diſponentis expreſſe ꝙ voluerit talem iniquitatem aut abſurditatem locum habe-
72 re. Secundus caſus † & ipſe notabilis & vtilis in practica eſt quãdo ageretur de extẽdẽdo verba vniuerſalia geminata contra eorum ſignificationem .l. ſi mihi meuia .§. fi.ff. de lega.3. nam teſtator ibi legauit domus ſuas, deinde grauauit hæredem ꝙ ſineret legatarium habere ipſas domos nullo omnino excepto cũ omnibus inſtrumentis & repoſitis omnibus, dicitur ꝙ in tali legato non veniunt nomina debitorum nec pecunia numerata, ratio quia teſtator legauit domos cum inſtrumentis & repoſitis in eis nullo omnino excepto, & ſic noluit teſtator aliquid excludi de inſtrumentis & repoſitis, Sed nomina debitorum & pecunia numerata gratia fœnerandi & mutuandi non poſſunt dici repoſita, quia nõ circunſcribuntur loco cum ſint incorporalia, & licet pecunia dicatur corporalis, tamen quando deputatur ad mutuandum & fœnerandum & ſic ad finem contrahendi nomina debitorum, idem de ea iudicatur quod de ipſis nominibus, quia potius inſpicitur cauſa facti cur aliquid fiat quã ipſum factum.l. verum.2.℣. de furtis, & ſic in caſu.d.l. ſi mihi meuia. verba illa vniuerſalia geminata cum omnibus inſtrumentis & repoſitis omnibus nullo omnino excepto, reſtringuntur ad ea quæ ſunt aut veniunt ex proprietate & natura verborum. & ita illum text. notat Corn. in conſi.49. col.2.lib.3. Ias. in.l. ſingularia. col.10. in fi. verſi. vltra eos non omitto. nu.22.ff. ſi certpet.

73 Ex hac declaratione † & vera intelligentia.d .l. ſi mihi meuia.§. fi. infertur ꝙ, Crotus hic col. .2. male intellexit illum tex. & male ex illo text. redarguit Bart. in.l. generali.§. vxori.ff. de vſufr. lega. quem corrupte allegat de auro & argen. lega. nam in caſu Bart. verba non intelliguntur vltra eorum ſignificationem, quia res venales non tenentur ad effectum contrahendi nomina debitorum, imò principaliter vt præſenti pecunia diſtrahantur ſi fieri poſsit, & ſic circunſcribuntur loco, imò potius videntur impro-

priari

priari verba legati quando non veniunt quàm vbi veniunt, ſed ideo diſpoſuit lex non venire venalia in legato generali, quaſi ſenſerit teſtator de rebus exiſtẽtibus in domo ad perpetuũ vſum, aut ad perpetuam cauſam non de mercibus, quæ in domo ad tempus habentur quaſi abeſſe videantur à domo. Sed iſta præſumpta mens teſtatoris ceſſat quando in legato apponuntur verba tã prægnantia, ꝙ talem mentis præſumptioné omnino excludunt, puta quando legantur omnes res quæ in tali loco quoquo modo ſunt, nam illa verba quoquo modo non patiuntur reſtrictionem rerum quæ ſunt in loco ob perpetuam cauſam, ſed important quoquo modo ſint in loco ſiue in perpetuum, ſiue ad tempus.

Secundò reſpondeo ad argu. Croti poſito & non conceſſo venalia eſſe in domo gratia contrahendi nomina debitorum, adhuc Bart. nòn meruit reprehendi, quia Bar. loquitur in verbo quoquo modo non reſtringibili ex proprietate ſignificationis, quia verbum quoquo modo importat ſiue propri,è ſiue impropriè, ſiue perpetuò, ſiue ad tẽpus. Ideo ſi in caſu.d.l. ſi mihi meuia.§. fin. de lega.3. legaſſet teſtator cum repoſitis omnibus quoquo modo, veniret etiam pecunia numerata repoſita ad tempus donec fenori detur.

Hic etiam aduertendum circa doctri. Bart.in .d.l. generali.§. vxori, nam Dec. legendo & cõſulendo ſæpiſsime allegat illud dictum Bart. ad arguẽdum efficaciam verborum vniuerſalium. Ita allegat Dec. in .l. omnia in prin.ff. ſi cer. pet. in.c. fin. de conſti. in conſi.76. col. 1. ante fi. in conſil.294. col.2. circa med. in conſi.389. col. fin. circa med. & in conſi.472. In quibus locis vult Dec. ꝙ ſi teſtator legat omnes res quæ ſunt in tali loco veniant venalia, ſecus ſi legat indiffinitè res quæ ſunt in tali loco. Sed aduertendum quia Deci. male loquitur & infideliter Bart. refert, & dicit Deci. contra tex. in.d.l. generali.§. vxori, vbi tex. loquitur quando teſtator legauit vſufructum domus & omnium rerum quæ in his domibus erant, & tamen dicitur ꝙ non veniunt lanæ venales aut mercis cauſa paratæ, & ſic loquitur tex. quando fit legatum verbis vniuerſalibus & tamen venalia non veniunt. Bart. autem loquitur quando teſtator vtitur tali ſigno vniuerſali quod reſtrictionem non patitur vt eſt dictio quoquo modo, & ita Bart. fidelius citat Alex.in conſi.117. col.2. lib.r. in conſi.30. col. fi. & in conſi.118. col.2. lib.5. Ias. in .l.i.§. nũtiatio col. .5. poſt med. ver. ſecundo probo.ff.de op. noui nuncia. Ex quibus videmus in quo diſcrimine ſita ſit diſciplina noſtra legalis, nam iudices non parum multi adduci poſſent dictis Decii. ad iudicandum contra veritatem, præſertim ꝙ hodie iudices ad pauca ferè reſpiciunt, & ex primis animi motibus iudicia ſtatim faciunt, nõ cogitantes ad ſupplicia quæ iniquis iudicibus incumbũt, de quibus per Eſaiam .c.10. per Dauid pſal.57. & pſal.81. per Hieremiã .c.22. per Michcam .c.3.

74 Iſte ſecundus caſus † ꝙ verba vniuerſalia etiã geminata non comprehendunt ea quæ non veniunt ex natura aut propria ſignificatione, non videtur procedere quando aliqua venirent ſub expreſsis ſaltem largè licet non ita propriè, nam tunc propter efficaciam verborum vniuerſaliũ videtur includi. glo. in .l.2. in ver. alias .C. de quadrien. præſcrip. vbi licet appellatione actionis, propriè non veniat officium iudicis, tamen ſi fiat mentio de actione cum ſigno vniuerſali, venit etiam officium iudicis, vt ſi dicatur & quælibet alia actio, quia officium iudicis impropriè & largè dicitur actio. gloſ. inſtitu. de action. in prin. in ver. quamuis, & illam glo. in .d.l.2.C. de quadrien. præſcrip. ad hoc propoſitum refert & ſequitur Alex. in conſi.155. col.2. verſi. accedunt illa verba.lib.2. Eandem glo. pro ſing. ad hoc citat idem Alex. in con.17. lib.6. Ias. in cõ. .55. col.2. poſt med. in cõ.63. col.3. ante med. lib.3. & in conſi.115. col.8. lib.4. Ad idem adduco, nam appellatione beneficii propriè non venit penſio .c. quamuis. de præben. lib.6. Iſtud tamen fallit quando fit mentio de beneficio cũ ſigno vniuerſali, vt quia dicatur de quocunq; alio beneficio, glo. in clem.2. in ver. quocunq; de vita & hone. cleri. Fely. in.c. poſtulaſti. col. .11. verſi. quarta declaratio. de reſcrip. & in .c. de quarta. col.5. nu.15. de præſcriptio. Similiter quando Papa reſeruat omnia beneficia in curia vacantia, veniunt etiam præceptoriæ & commendæ licet impropriè dicãtur beneficia. Cor. in conſi.66. col. pen. lib.3. Similiter quando teſtator voluit eius vltimam voluntatem valere omni meliori modo &c. comprehenditur etiã donatio cauſa mortis licet impropriè dicatur vltima voluntas. Corn. in conſi.237. lib.4. Similiter quando ſtatutum facit mentionem de omni contractu aut omni obligatione, comprehenditur etiam obligatio aut contractus deſcendens ex aditione hæreditatis licet impropriè dicatur contractus, Corn. in conſi.254. in fin. lib.4. Similiter licet titulus pro hærede non cadat in filio, iſtud tamen non procedit quando fieret mẽtio de titulo per verba vniuerſalia puta quouis titulo neceſſario vel voluntario. Deci. in conſi. .222. col.2. ver. ſecũdo reſponderi poteſt. arg. glo. in clem. 1. in ver. quauis. de re iud. Vbi Cardi. & Imol. in clem.2. in ver. quauis. in glo. fin. de rebus eccleſ. non alien. & in clem. ne Romani. in ver. quouis modo, de electio. Si verba vniuerſalia ſimplicia ſeu non geminata trahuntur ad caſum improprium multo fortius idem dicendum eſt in verbis vniuerſalibus geminatis.

75 Sed dicet aliquis † iſta concluſio ꝙ verba vniuerſalia ſimplicia vel geminata trahãtur ad caſũ

improprium, videtur contra tex. in d.l. generali .§. vxori .ff. de vſufr. lega. vbi legatū vniuerſale de omnibus rebus exiſtentibus in domo non cōprehendit venalia, & tamen venalia exiſtunt in domo verè & propriè. Sed fortius videtur ſtringere tex. in d.l. ſi mihi meuia. in fi.ff. de lega. 3. vbi erant verba vniuerſalia geminata de omnibus repoſitis in domibus nullo excepto, & tamē non venit pecunia numerata.

Pro ſolutione & clariori intelligentia dictorum iurium conſidero, ꝙ in .d. iuribus maximè conſideratur voluntas teſtoris legantis exiſtentia in domo, nam videtur conſiderare quæ duratura ſunt in loco non ea quæ ad breue tempus de loco tolli debent, quia exiſtere non dicuntur quæ non durant in exiſtentia .l. ſi pro patre .§. verſum .ff. de in rem verſo .l. item .§. ꝙ ſi .ff. quod cuiuſq; vniuer. nomi. l. 2. §. illud .ff. de hære. vel
76 actio. vendi. nam res † vendendæ & ſic locum exituræ non videntur eſſe in loco, ſicut dicitur in præſente de proximo receſſuro ꝙ abeſſe videtur. Pau. de Caſt. in .l. ſed & ſi pupillus .§. condicio. in ſecundo not. ff. de iuſti. Sequitur Dec. in .l. 1. col. 20. ff. de offi. eius. in .l. non videtur quiſquam. ff. de reg. iuris. & in .c. quoniam Abbas. in glo. 1. de offi. delega.

Secundò pro ſolutione cōſidero ꝙ aut in caſu improprio eſt eadem ratio quæ in proprio, & tunc trahuntur verba vniuerſalia ad caſum improprium prout quando fit reſeruatio omnium beneficiorum in curia vacantium, nam eadem militat ratio in præceptoriis & cōmendis, quæ in beneficiis propriè. Similiter quando ſtatutum loquitur de omni contractu aut obligatione puta prohibendo minorem, aut mulierem obligari ex quocunq; contractu aut ex quacunq; obligatione, nam eadem ratio militat in obligatione quæ inducitur ex aditione hæreditatis in qua læſio æque incidere poteſt atq; in contractu proprio.

Tertiò conſidero pro ſolutione ꝙ aut militat idem effectus in caſu improprio qui in proprio; & tunc trahuntur verba vniuerſalia ad caſum improprium quaſi ex tali vniuerſalitate conſiderauerit diſponens effectum magis quàm verba,
77 prout in exemplis ſupra traditis. Et ex hoc † inſertur ad intelligentiam tex. in d.l. generalis .§. vxori. ff. de vſufr. lega. quando teſtator legat omnes res exiſtentes in tali loco, ꝙ venales non veniunt. ratio quia teſtator conſiderauit res effectualiter exiſtentes, ſed venalia non dicuntur effectualiter exiſtere in loco tanquam breui à loco diſceſſura. Iſtud tamen non procederet qñ verba eſſent adeo prægnantia ꝙ talem reſtrictionem non paterentur, quia non conſiderauerit teſtator vnū effectum magis quàm alium, vt quando legat omnes res exiſtentes in tali loco quoquo modo. nam tunc veniunt etiam venales, quia ex verbo illo, quoquomodo, apparet quòd teſtator non conſiderauit effectum exiſtētiæ ſeu ꝙ res ibi eſſent magis ob cauſam exiſtentiæ & perpetuitatis, quàm ob aliam cauſam. & hoc modo procedit doctri. Bar. in d.l. generali .§. vxori.

Quartò conſidero, ꝙ aut verba vniuerſalia nihil omnino operarētur ſi reſtringantur ad caſum proprium & tunc trahuntur ad caſum improprium, prout in dicta glo. in d.l. ii. in verbo aliàs .C. de quadrien. præſcrip. vbi tex. vult nō poſſe inquietari habentes cauſam à fiſco poſt quadriennium per actionem realem, perſonalem, ciuilem, vel prætoriam, vel condictionem ex lege, vel per quaſcunq; alias actiones, niſi illa vniuerſalitas trahatur ad officium iudicis, nihil operabitur, quia de aliis modis agendi abunde ſatis dictum erat. & hic conſidero ꝙ in d.l. ii. eadem ratio eſt in officio iudicis quæ in actione vera & propria. ſimiliter idem effectus reſultat in officio iudicis, qui & in actione.

Ex præmiſsis † ſolutionibus & conſiderationibus apparet de intellectu d.l. ſi mihi meuia, nam ibi conſiderato effectu, & conſiderata identitate rationis nomina debitorū & pecunia numerata comprehendi non poterant in legato, quia teſtator faciendo mentionem de repoſitis videtur conſideraſſe ea quæ in domibus repoſita eſſent effectualiter id eſt ad vſum perpetuum domus, ſed nomina debitorum & pecunia numerata ad finem & cauſam ipſorum nominum non poterant dici repoſita. Rurſus poterant reſtringi illa verba vniuerſalia geminata ad repoſita de quibus teſtator videtur ſenſiſſe citra extenſionem ad alia de quibus non ſenſit, & ſic ꝙ repoſita omnia veniant quæcunq; ſint ſiue magna, ſiue parua cuiuſcunq; ſint generis nullo excepto. Ex præmiſsis inferri poteſt ad maiorē declarationem, ꝙ aut vniuerſalitas reſpicit ipſas res repoſitas, aut earum ſubſtantiam, & tunc veniant omnes res quæ tamen repoſitæ ſunt verè,
propriè. Aut reſpicit † vniuerſalitas non ſolum ipſas res ſed etiam modum aut qualitatem reponendi, & tunc veniant repoſite ad tempus gratia vendendi, ex quo omnis modus fuit conſideratus, nec tunc fieri poſſet reſtrictio ad vnum modum magis quàm ad alium, prout in exemplo Bar. quando legantur omnes res exiſtentes in tali loco, quoquo modo. Ex qua declaratione apparet quàm parum conſideratè auſus fuerit Crotus mordere dictum Bart. in d.l. generali .§. vxori, de vſufru. lega. per tex. d.l. ſi mihi meuia. in fi. de lega. iii. quia in dicto Bar. vniuerſalitas reſpiciebat non ſolum res, ſed etiam modum repoſitionis aut exiſtentiæ earum; ſed in d.l. ſi mihi meuia. ſolum reſpiciebant verba vniuerſalia ipſas res. & hęc diligēter notanda ſunt, quia iter peruium faciunt ad intellectum plurimorum iurium,

rium, nec alibi æque clare & vtiliter explicata reperies.

Ex præmiſsis habetur doctrina an & quando verba vniuerſalia reſtringantur ad proprium ſignificatum; aut extendantur ad improprium.

80 Viſum eſt ſupra quando † ſtudio Toloſano conceduntur priuilegia ſtudii Pariſienſis in omnibus & per omnia, an veniant priuilegia futura. Deinde plura vidimus de efficacia verborum vniuerſalium, tàm ſimplicium, quàm geminatorum, ſed adhuc quæritur circa prædicta & ſtante tali conceſsione. pone ꝙ ſtudium Pariſienſe priuetur priuilegiis, an talis priuatio noceat ſtudio Toloſano. Crotus hic dicit ſe expedire hác difficultatem vno verbo, ꝙ aut ſtudium Pariſiéſe priuatur ob delictum, & talis priuatio non nocet ſtudio Toloſano ſecus ſi fiat priuatio ceſſante delicto, per tex.in.l.alteri.ff.de adim. lega. Sed parcat mihi Crotus, dici poteſt de eo dum breuis eſſe laboro, obſcurior fio, quia non videtur ita ſimpliciter verum ꝙ priuato ſtudio Pariſienſi ceſſante delicto, priuetur & ſtudiũ Toloſanum, primò quia ſeparata eſt cauſa ſtudii Toloſani & Pariſienſis, ob id ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio.l.fi.ff.de calumnia.l. Papinianus exuli.ff. de minor.l.naturaliter.§. nihil commune.ff.de acquir.poſſeſs. Secũdò priuatio vnius alteri nocere non debet.l.ſoluendo.ff.de nego.ge.l.ſi defenſor. in prin.l.ſi.ſine in fi.ff. de interro. actio.l.non debet.ff.de reg.iuris.c.non debet.eo.tit.lib.vj. Et licet ſtudium Pariſienſe indebitè priuatum fuerit priuilegiis, tamen iniuria facta vni alii nocere non debet.l.ſi per imprudentiã.ff. de euictio.l.exceptio.ff.de fideiuſ.

81 Nec obſtat † tex.in.d.l.alteri ff.de adim.lega. alleg.per Crotum, quia loquitur in legato correſpectiuo facto contemplatione & reſpectu alterius legati, & quod factum non fuiſſet ceſſante altero legato; ideo non mirum videri debet ſi vno ſublato tollitur & alterum, quia in correſpectiuis ſi vnum ceſſat, ceſſat & alterũ.l.etiã.§.ex cauſa.ff.de minor.l.fi.ff.de acceptila.l.ſi ita.§.i.ff.de lib.& poſthu.l.clemens.§.i.ff.de hære inſti.l.alumnæ.§.ſeia.l.pen.§.matr.ff.de adimen lega.nam in.d.l.alteri.teſtator prælegauerat prędium vni hæredum, deinde quia volebat ſeruari æqualitatem inter hæredes voluit ꝙ alter cohæres poſſet exigere à quodam debitore hæreditario tantam pecuniæ ſummam quanti conſtiterat ſeu emptum fuerat illud prædiũ alteri prælegatum. Dicitur ꝙ ſi teſtator vendat prædium prælegatum, & reddat precium in corpus patrimonii ceſſat aliud prelegatum factum alteri cohæredi de tanta quantitate exigenda à debitore hæreditario ad quantam aſcendebat præcium dicti prædii quando reuocatum fuit legatum ſeu prælegatum prædii per diſtractionem ceſſante offenſa ipſius heredis, nam ideo inducitur reuocatio legati in perſona alterius cohæredis, quia illud factum fuerat gratia æqualitatis ſeruandæ inter ipſos hæredes, nec fuiſſet teſtator legaturus niſi ob cauſam illius æqualitatis, nimirum ſi ceſſante cauſa legati, ceſſet & ipſum legatum. Sed in.q.præpoſita licet ſtudio Toloſano conceſſa fuerint priuilegia ſtudii Pariſienſis, talis tamen cõceſsio habita non eſt contẽplatione aut reſpectu ſtudii Pariſienſis, ſed reſpectu & contemplatione ipſius vniuerſitatis Toloſanæ, ideo licet ceſſent priuilegia ſtudii Pariſienſis, nõ tamen ceſſare debent priuilegia ſtudii Toloſani, quia eſſet arguere ex ſeparatis.

82 Secundò contra Crotum arguitur, in his † quæ dependent à poteſtate diſponentis ſtatur referenti, licet relatum ceſſet, puta promittit quis vnum par caponum ſingulis annis prout prædeceſſores ſui ſoluere conſueuerunt, pone ꝙ non appareat de relato ideſt de conſuetudine prædeceſſorum, an viciabitur promiſsio referens, certe non. Ita Bar. & Doct. in.l.admonendi.ff. de iureiuran. latè Feli. in.c.ii.col.iiii.de reſcri. eodem modo licet in conceſsione priuilegiorum ſtudii Toloſani habeatur relatio ad priuilegia ſtudii Pariſienſis, talis tamen relatio non habet nocere ſtudio Toloſano licet relatum vicietur cum diſpoſitio referens dependeat à poteſtate diſponentis.

83 Tertiò conſidero cotra Crotum, nam † ceſſante cauſa non ceſſat effectus iam conſumatus.l.fi.in prin.ff.vnde lib. Bar.in.l.ii.§.fi.ff.de don. & in.l. Titia.§.Imperator. col. iiii. verſi. pone ꝙ filii.ff.de lega.ii.Moder.in.c.cũ ceſſante.de appella. Sed in conceſsione priuilegiorum ſtudii Toloſani habita fuit relatio ad priuilegia ſtudii Pariſienſis non ꝙ fieret conceſsio cauſa & contemplatione ſtudii Pariſienſis, imò contemplatione ſtudii Toloſani, ſed ideo habita eſt relatio ad ſtudium Pariſienſe vt clara & certa redderetur conceſsio facta ſtudio Toloſano, quibus priuilegiis potiturus eſſet, ſed effectus iſtius cauſæ iam conſumatus eſt ſtatim atq; habita eſt certitudo priuilegiorum ſtudii Pariſienſis, ideo licet priuilegia ſtudii Pariſienſis poſtea deficiãt, hoc nihil nocet ſtudio Toloſano. Aliàs abſurdũ fieret, ꝙ ſi ego promittam ibi mutuare tantam pecuniam quanta continetur in tali inſtrumento ꝙ ſi illud inſtrumentum ſit cãcellatum, ceſſet promiſsio mutui nam illa relatio ad aliud inſtrumentum ſolum fit gratia declarandi quantitatẽ non gratia validandi actum ita ꝙ validitas depẽdeat à relato: ideo ceſſante validitate relati non ceſſat referens dummodo impleatur finis relationis & declarari poſsit quantitas, aut tenor cuius reſpectu habita eſt relatio ad aliud.

84 Quartò conſidero † contra Crotum ꝙ vbi ſunt duo habentia relationem adinuicem vno ſublato non tollitur alterum, quando vnum po

teſt ſtare

teſt ſtare ſine altero. Iaſ. in.l.in teſtamento.col. pen. poſt med. verſic.vij. facit.C.de teſtament. mili.& in.l.Lucius col.vij.poſt med. verſic. vij. pro iſta parte facit.ff.de vulga.ſed licet ceſſent priuilegia ſtudii Pariſienſis, nihil impedit quin eadem maneant in ſtudio Toloſano, cũ iſta ſint ſeparabilia non ſecus quàm ſi ex duobus correis credendi vnus deficeret, nam in altero conſtare poteſt obligatio, & poſſunt plures gaudere eiſdem priuilegiis, nec illa finiunt in perſonis aliorum per mortem aut priuationem vnius.

Itaq; concludo contra Crotum, ꝙ ademptis priuilegiis ſtudio Pariſienſi, ſiue ex delicto, ſiue ex alia cauſa non cenſeantur adempta priuilegia, illa conceſſa ſtudio Toloſano.

85 Fallit iſta † concluſio quando verba conceſſionis haberẽt relationem ad alia priuilegia per modum eſſendi, ita ꝙ habeant dependentiam ab aliis priuilegiis, puta ſi dicatur ꝙ ſtudiũ Toloſanum gaudeat eiſdem priuilegiis quibus gaudebit ſtudium Pariſienſe, nam tunc fit relatio ad finem ſubſtantiæ, ita ꝙ non conſiſtant priuilegia data ſtudio Toloſano per ſe, ſed habeant vim & efficaciam à priuilegiis ſtudii Pariſienſis. Ideo illis ſublatis ceſſent priuilegia ſtudii Toloſani tanquàm venientia ab eadem radice.l.nam origo.ff.quod ui aut clam.l.ſi duo.§.idem Iulianus.ff. de iureiuran.l.fi.C.de nup.

56 Tangitur etiam hic † per Alex. & Crotom illa quæſtio, quando Scholaris adæquatur ciuibus ſeu per ſtatutum conſequitur iura ciuilitatis in priuilegium, an perdat priuilegia ante competentia. In qua.q.concluditur ꝙ receptus in ciuem non perdit priuilegia quæ ante obtinebat, quia inducta ad fauorem non debent operari odium,l.quod fauore.C.de legibus. Similiter dignitas maior ſuperueniens non tollit priuilegia ante competentia, quia augeri debet effectus per dignitatem ſuperuenientem nõ diminui.l. fi.C.de præpoſitis agentibus in rebus lib.xij.l. decurionibus.C.de ſilentiar. eodem lib. Bar. in .l.Alexandrinos.C.de decurio.lib.x. & in terminis de Scholari admiſſo in ciuem, ꝙ non perdat priuilegia ſcholaris, tradit Bar.in.l.non tantum .§.ſi emancipatus el.i.in fi.ff.de bon.poſſeſs.contratab. Bal. Ang. & Doct.in.l.ſi ruffinus.C. de teſt. mil.

Sed in contrarium videtur facere quod Bal. ſcribit in.d.l.quod fauore, in ſeptima oppo.C. de legibus, vbi ꝙ receptus ad ciuilitatem tenetur ad onera annexa ipſi ciuilitati, ſeu quæ ſunt de natura ipſius ciuilitatis, & ꝙ tunc priuilegiũ inductum in fauorem operetur odiũ, quia odiũ eſt annexũ ipſi ciuilitati, ſeu eſt de eius natura. Sequitur Pau. de Caſt.in.l.nulla.ff. de legibus. Idem Pau.& Doct.in.d.l.ſi ruffinus.C.de teſta, mili.Socin.in.l. cum filio.in ſecundo not.infra eodem.

Ad iſtam difficultatem reſpondet Alex. hic col.v.& in conſi.32.col.2. poſt med.lib.v.ꝙ dictum Bald in.d.l quod fauore, procedit in oneribus quæ imponuntur de iure cõmuni ad quæ tenetur receptus in ciuem, ſecus in iure competenti per viam priuilegii, quia tali iuri non cenſetur derogatum per priuilegium ciuilitatis, & ita loquitur Bar. in.d.l.non tantum .§. ſi emancipatus il i.in fi.ff.de bonorum poſſ. cõtratabu.

Sed contra iſtam reſponſionem Alex. arguit Iaſ. in.d.l.ſi ruffinus col.ii.circa prin.C.de teſta. mili.vbi Iaſ. ꝙ potius deberet dici totum contrarium ꝙ receptus ad ciuilitatem amittat ius cõpetens virtute priuilegii, non autem ius competens de iure cõmuni, quia ius ſpeciale, aut priuilegium dicitur debilius iure cõmuni; ideo facilius tollitur ius ſpeciale quàm ius cõmune.l.eius militis .§ militia miſſus.ff. de teſtam. mili. Ideo relinquit Iaſ. cogitandum nec aliter ſoluit.

Ad iſtud argumentum Iaſ. reſpondeo dupliciter, & primò ꝙ ideo tollitur beneficium competens de iure cõmuni, quia ceſſat cauſa ipſius beneficii, nam de iure cõmuni, quia ceſſat cauſa ipſius beneficii, nam de iure cõmuni forenſis ideo non tenetur ad onera, quia forenſis, ſeu quia non ſubditus grauari non poteſt.l.reſcripto.§.fi.ff.de muner. & honor.Sed iſta cauſa ceſſat quando forenſis efficitur ciuis, quia tunc nõ dicitur amplius forenſis, ideo non dicitur tunc amitti beneficium iuris communis ſed ceſſare ceſſante cauſa ipſius beneficii. Diceretur autem amitti quando ipſo remanente forenſi teneretur ad onera. Sed iſta ratio ceſſat in priuilegio conceſſo ſcholari, nam illud non perditur quãdo ſcholaris admittitur ad ciuilitatem, quia priuilegium conceditur ob cauſam quia ſcholaris, quæ cauſa durat licet efficiatur ciuis, ideo durat effectus ipſius priuilegii. Idem ſi concedatur priuilegium ob aliam cauſam quæ adhuc durat, & ſic cauſa finiendi vel non finiendi beneficii aut priuilegii non ſumitur à potentia vel imbecilitate iuris, ſed à ceſſatione vel perſeuerantia cauſæ, & iſta eſt clarior & planior intelligentia in hac materia.

87 Secundò reſpondeo † ad argumentum Iaſ. ꝙ ipſe æquiuocauit in hac materia, nam aliud eſt querere an ius ſpeciale facilius tollatur quàm ius commune, Aliud an iuri ſpeciali difficilius cenſeatur derogatum quàm iuri communi; Alterũ enim pertinet ad quæſtionem voluntatis, alterum ad cauſam poteſtatis, ideo conſiderandum eſt ꝙ vbi agitur de poteſtate in reuocando facilius tollitur ius ſpeciale quàm ius commune, & ita procedit tex.in.d.l.eius militis.§.i.ff.de teſta. mili. Sed vbi agitur de voluntate reuocandi aut derogandi, dico ꝙ difficilius præſumitur quis velle derogare priuilegio aut iuri ſpeciali quã iuri communi, Quod probatur, nam vt dero-

getur

getur priuilegio clauſo in corpore iuris, requiritur derogatio ſpecifica, nec ſufficit clauſula generalis, nõ obſtantibus glo.id.l.ii.§.legatis.in ver. conueniuntur.ff.de iudi. & in auctẽ. qua in prouincia.C.vbi de crimi.agi opor. Sed in derogatione iuris cõmunis, ſufficit derogatio aut clauſula generalis non obſtantibus, vt habetur in.c.i.de conſti.lib.vj. Similiter quando per legem tolluntur omnia remedia, non cenſetur ſublatum remedium competens de iure ſpeciali prout eſt reſtitutio in integrum, glo. & Doct. in.l.poſtquam liti.C.de pactis. vbi Dec.col.fi.& Iaſ.col.pen.ratio, quia non cenſetur diſponens cogitaſſe de tali iure ſpeciali & extraordinario. Applicãdo præmiſſa ad propoſitum dico, ꝙ hic ſolum quæritur an per illam admiſſionem generalem ad ciuilitatẽ cenſeatur admittens voluiſſe derogare iuri ſpeciali, & dicitur ꝙ non, quia de tali iure non cenſetur cogitatum, ſed tantũ fuit cogitatum de reducendo forenſem ad cauſam aut ſtatum ciuium, & ſic de his quæ competunt de iure communi, ideo de iure communi cum ciues ex æquo teneantur ad onera, pariter tenebitur forenſis factus ciuis.

Premiſſis ita diſcuſſis & declaratis, venio ad dicta Bar. circa expoſitionem litteræ tex. noſtri ibi fideicommiſſis. Dy. ſecundum Bar. intelligit iſtum tex. ꝙ legata ſint exæquata fideicommiſſis ſcilicet ſingularibus & pecuniariis ſeu particularibus. Iſta expoſitio Dy. facta eſt timore contrarii, de quo in.§.qui autem, inſtit.de ſingul.rebus per fidẽicom. relic. vbi fit differentiã inter libertatem directam relictam per viam legati, & libertatem fideicommiſſariam; quæ etiã differentia colligitur ex diuerſitate titulorũ.ff. & C.de manu.teſta.& de fideicom.hæredi.& latius infra videbitur, & iſta differentia etiam hodie durat. vt per Iaſo. hic poſt alios col.x.circa med. num.46. Ideo dicit Dy. ꝙ legata ſunt exæquata fideicommiſſis ſingularibus pecuniariis, quaſi dicat non fideicommiſſo per quod relinquitur libertas, quia illud non eſt pecuniarum nec reducibile ad pecuniam, cum dicatur libertas res inæſtimabilis.l.libertas.ff.de reg.iuris Secundò idem dicit ſeu exponit Dyn. tex. fideicõmiſſis ſcilicet ſingularibus aut particularibus, quia legata non æquiparantur fideicõmiſſis vniuerſalibus, quia pro fideicommiſſo vniuerſali cogitur hæres adire hæreditatem, ſecus pro legatis, vt hic in fi.glo. Sed iſta expoſitio Dy. nõ admittitur per Doct. Et inferius circa ſecun.oppo. Bar. aſſignantur quattuor rationes contra iſtam expoſitionem Dyn.

Secundo modo reſpondet Petr. ad contrariũ in quo dicitur eſſe adhuc hodie differentiam inter legata & fideicommiſſa reſpectu libertatis fideicommiſſarie & directò relictæ per viam legati, ꝙ dum tex. dicit exæquata ſunt legata fideicõmiſſis videlicet illis fideicommiſſis in quibus circuitus erat inutilis, quia non intereſſet hæredis ꝙ aliquid acquiratur directo & ſtatim, aut ipſo iure, vel per fideicommiſſum, ſecus quando ex tali circuitu reſultat vtilitas prout in datione libertatis, quæ ſi capiatur de manu hæredis per manumiſſionem, efficitur ſeuus libertus hæredis, ſecus ſi fiat ſeruus hæres directo, quia tunc
88 dicitur libertus teſtatoris, magna autem † eſt vis an ſeruus efficiatur libertus hæredis ex eius manumiſſione immediatè, aut immediatè ex facto teſtatoris, quia ſi ſit hæres extraneus, ius patronatus non plene tranſit ad eum, vt habetur in.l.ſi nõ ſortem.§.libertus.ff.de condi. indebi. & ſi filius ſit heres adhuc eius intereſt habere ius patronatus ex manumiſſione, quia accuſãdo libertum capitis aut eum in ſeruitutem vocãdo non perdit ius patronatus, quod aliàs amittit.l. ſi filius.§.i.ff.de fideicom. hæredi.vbi glo.

Et hic aduertendum circa iſtam expoſitionẽ Pet. ad vnum, quod nõ reperio hic declaratum, ꝙ per iſtam expoſitionem videtur reſponſum ad aliud contrarium, ꝙ legata non videntur exæquata fideicõmiſſis vniuerſalibus, nam ideo nõ exæquantur, quia circuitus non eſt inutilis, imò vtilis reſpectu hæredis, quia ceſſante exequatiõne non poterit cogi vt adeat propter legata prout cogeretur ſi fieret exæquatiõ etiam quoad fideicõmiſſa vniuerſalia, & ſic ex iſta expoſitione videtur inferri ꝙ Petr. voluerit legata vniuerſalia non eſſe exequata fideicõmiſſis vniuerſalibus. Sed non eſt veriſimile Petr. iſtud ſenſiſſe, imò in fideicõmiſſis vniuerſalibus Petrus cõſiderat aliam vtilitatem retentionis quartæ, quæ etiã detrahitur de legato vniuerſali glo.& Doc. in.l.mulier.§.fi.ff.ad Trebel.& ſic ex Petri expoſitione habetur etiam ratio differentiæ inter legata ſeu fideicõmiſſa particularia & vniuerſalia quia in particularibus dominium ſtatim tranſit ſecus in vniuerſalibus, nam vult Petrus ꝙ ſi dominium ſtatim tranſiret in vniuerſalibus, non eſſet locus retentioni quartæ, de quo inferius latius videbimus circa ſecun. oppo. Bar.

Bar. autem hic aliter exponit tex. & aliter reſpondet ad contrarium ꝙ legata non ſint exæquata fideicommiſſis vniuerſalibus, videlicet ꝙ iſtud procedit in legatis ſingularibus aut particularibus, quæ nõ exæquantur fideicõmiſſis vniuerſalibus ſecus vult Bar. data paritate ꝙ legatũ ſit vniuerſale, quia illud æquiperatur fideicommiſſo vniuerſali, & ſic ſecundũ Bar. legata ſingularia aut particularia ſunt exæquata fideicommiſſis ſingularibus aut particularibus, & legata vniuerſalia fideicõmiſſis vniuerſalibus per omnia. Sed legata ſingularia aut particularia non ſunt adæquata fideicõmiſſis vniuerſalibus.

Ratio cur legata particularia non æquiparentur fideicõmiſſis vniuerſalibus eſt, quia æquipa-

ratio

ratio non debet fieri vbi non eſt eadem ratio
æquiparandi. arg.l.illud.ff.ad legem Aquil. &.l.
à Titio.ff.de verb. obligat. arguendo ab oppo-
ſitis, ſed non eſt par ratio in æquiparandis lega
tis particularibus quæ eſt in legatis vniuerſali-
bus, nam ſi hæres cogeretur adire ad inſtantiá
legatariorum particularium, ipſe hæres mane-
ret in damno obnoxius oneribus hæreditariis
quæ non tranſeunt in legatarium particularem,
habetur in.l.quotiens.C.de hæredi. inſti. Secus
89 in fideicómiſſo vniuerſali quia † facta reſtitutio
ne hereditatis tenetur fideicómiſſarius ad om-
nia onera, & ſuccedit vniuerſaliter in locú hæ-
redis.l.qui quadringenta.ff.ad Trebellia.l.poſtu
lante.§.pen.eo.tit.§. reſtituta. inſtitu. de fidei-
commiſ. hæredi.

Ex memorata expoſitione Bar. colligitur có
cluſio ꝙ legatarius vniuerſalis poteſt cogere hæ
redem vt adeat hæreditatem, ſicut poteſt fidei-
cómiſſarius vniuerſalis. Ita vult Bart. dum dicit
ꝙ legata vniuerſalia ſunt exæquata fideicómiſ-
ſis vniuerſalibus per omnia, & ratio huius eſt,
quia eadem ratio cogendi militat in legatario
vniuerſali, quæ in fideicómiſſario vniuerſali, ex
quo iura omnia actiuè & paſſiuè tranſeunt in tá
lem legatarium veiuerſalem.l.cum filius.§.l.u-
cio.l.cum pater.§.menſe.&.l.ſi quis ſeruum.§.
fi.cum.l.ſeq.ff.de lega.ii.l.qui chirorgraphum.l.
qui concubinam.§.cú ita.ii.ff.de lega. iii.l.fi.ff.
de vſufru.lega. Roma.in conſ. 189. col.i. Alex.
hic col.8.in fi. verſic. item dum glo.hic. Et in
terminis ꝙ legatarius vniuerſalis cogat hæredé
vt adeat, volunt glo. & Doct.in.l.mulier.§.fi.ff.
ad Trebel. vbi. Alexand.col.ii.verſ. ſed per aliá
rationem.

Sed quia iſta expoſitio Bar. non videtur om-
nino tollere difficultatem maximè de legato &
fideicómiſſo particulari libertatis; ideo Bar. pro
declaratione tex. venit per oppoſitiones ingre-
diendo materiam glos. ideo ante vlteriorem pro
ceſſum dictorum Bar. capio glo. quam diuido
in quattuor partes. prima opponit contra text.
recitando quatuor differentias inter legata, &
fideicómiſſa. In ſecunda parte ſoluit ponendo
tres ſolutiones. In tertia ex tex. & ipſis ſolutio-
nibus infert. In quarta & vltima dat duas limita
tiones ad regulam huius tex. Sed prima limita-
tio eſt ſpecialis reſpectu nominis tantum, altera
generalis. Secunda ibi ſolue. Tertia ibi fraterni
zant ergo. Quarta & vltima ibi ſed in caſu.

Circa iſtas differentias legatorum & fideicó-
miſſorum de iure antiquo, quia antiquitatis ſtu
dioſi ſumus & tractatum antiquitatis editum ha
bemus, videndum eſt ad maiorem, & abundan
tem declarationem de ratione talium differen-
tiarum ne videantur vetuſtiores illi iuriſconſul
90 ti citra iuris rationem locuti, & primò quare †
fideicómiſſa efficaciter peti non poſſent, illa vi
debatur ratio, quia teſtator committendo fidei
hæredis aut eum rogando nec vtédo verbis præ
ceptiuis, videbatur totum committere fidei, &
voluntati ipſius hæredis, nó etiam hæredem vi-
debatur velle cogere. Iſtam rationem ponit Ias.
hic col.7. Sed vltra Ias. dicendum & addendum
eſt ꝙ melius viſum eſt aliis iuris prudentibus qui
voluntatem teſtatoris conſiderauerunt magis
quàm verba, ꝙ teſtator hæredem non rogaret
neq; fidei eius committeret niſi intentio eſſet
ipſius teſtatoris ꝙ relictum præſtaretur; in hoc
autem vtitur teſtator verbis præcatiuis aut fidei
hæredis committit non ꝙ voluntati hæredis li-
bere id mandet, ſed quo magis affectioné ipſius
teſtatoris exhibeat circa relicti executionem.

Simile videmus in principibus, qui ipſi verbis
precariis ſæpe vtuntur, & tamen in communi
prouerbio eſt, ꝙ principum præces vim obtinét
imperandi. Bal. in conſi. 121. à capite in prin.
lib.iii. vbi eſt rogare ducum ſpecies violenta iu
bendi, tradit Alex. in conſi. 124. in fi.lib.i. ideò
in hoc præces teſtatoris vim tenét præcepti ar-
guendo de principe ad teſtatorem.§.diſponat.
in authen. de nuptiis.

91 Secundò inquirenda eſt ratio † cur antiqui-
tus legata ab inteſtato relinqui non poſſent, ſed
fideicommiſſa ſic, ratio conſiderari poteſt, quia
legata antiquitus omnino debebantur, fideicó-
miſſa autem in voluntate hæredis conſtabant,
Ideo hæres legitimus non videbatur poſſe cogi
ad præſtationem legatorú tanquam non hono-
ratus cum hæreditatem à lege habeat non à de-
functo. gloſ. in .l. Lucius. 2. ff. de hæredit. inſti.
Bal. in.l. ſi emácipati. in octaua oppo. C. de col-
latio. Alex. in conſi.44. in fin. lib.5. Sed nó ho-
noratus grauari non poteſt .l. ab eo. C. de fidei-
com. Iſta ratio ceſſabat in fideicommiſſis quæ
pendebant à voluntate hæredis nec inuitus gra-
uabatur, & iſtam rationem ponit Cum. hic, qué
ſequitur hic Ias. col.7. verſi. aliam ſubtiliorem
rationem ſed eam cogitaueram antequam reſpi
cerem ad Ias. quod patet quia clarius pono ratio
nem & alia allego. Ias. hic conſiderat aliam ra-
tionem, nam legata non poterant relinqui à le-
gatario, ſed tantum ab hærede. vt hic in glo. ſed
hæres non poteſt inſtitui in codicillis ſed tantú
in teſtamento, nimirum ſi ab inteſtato legari nó
poterat, Silicet ſubtilem Ias. hic egit. nam iſta
ratio nihil valet ſed eſt omnino falſa, quia ea at-
tenta ſequeretur ꝙ nec etiam ab inteſtato fidei-
committi poſſet, quia hæres in codicillis inſtitui
non poteſt. Secundò conſidero contra iſtam ra
tionem Ias. ꝙ videtur eadem cum dicto quare
ab inteſtato legari non poterat, quia ab inteſta-
to in codicillis hæres inſtitui non poterat, nam
ſi hæres inſtitui poſſet in codicillis non diceren-
tur relinqui ab inteſtato, quia vbi eſt inſtitutio,
ibi teſtamentum. Tertiò conſidero contra Iaſo.

nam Iaſ.

nam Iaſ. fundat iſtam ſuam rationem ſuper text. in .d.§. ante hæredis inſti. de lega. quia ante hæredis inſtitutionem fieri legata nó poterant, Sed ille tex. nihil facit, nam verum eſt ꝙ condito teſtamento non poterat legari ante inſtitutionem, ſed nos loquimur ab inteſtato nullo condito teſtamento, & ſic nulla facta inſtitutione quare non æque legari poſſet ab inteſtato atq; fideicommitti.

Tertiò videndum eſt † quare de iure antiquo legari nó poterat poſt mortem hæredis; puto ꝙ moti fuerint veteres illi ſapientes ad ita ſtatuendum eadem ratione qua legari non poterat ante inſtitutionem hæredis, quia legata vim capiebát ab inſtitutione, & ab ea dependebant, Ideo habuerunt pro abſurdo quòd prius in eſſe produceretur effectus quàm cauſa ꝙ prius in eſſe deduceretur filius quàm pater à quo dependet.

Iſta ratio licet alio modo militat quando legatur poſt mortem hæredis, quia confertur legatũ in tempus inhabile quo inſtitutio extinguitur .l. Titio cum morietur .ff. de vſufru. nam legatum ſine inſtitutione conſtare non poteſt, Ideo conferri non poteſt in id tépus quo inſtitutio ceſſat .l. in tempus .ff. de hæredi. inſti. Aliam rationé cur legari non poſſet poſt mortem hæredis aſsignat Iaſ. hic, quia olim actiones non poterant incipere ab hærede hæredis grauati .l. vnica .C. vt actio. ab hæred. & contra hære. Sed iſtud hodie ſublatum eſt per .d.l. vni. & per .l. ſcrupuloſam .C. de contrahen. & comit. ſtipu. Sed iſta ratio Iaſ. dupliciter impugnatur, primo quia videtur eadem con dicto, ſecundo quia tex. in .§. poſt mortem inſtit. de lega. dicit non poſſe legari etiã pridie quàm legatarius moriatur, quo caſu obligatio inciperet in perſona hæredis grauati.

Sed iſtud ꝙ legari non poſsit ante inſtitutionem reprobatur per Imperatorem in .d.§. ante hæredis inſti. de lega. quia ordo ſcripturæ attendi nó debet, ſatis eſt enim ꝙ fiat inſtitutio. Nec obſtat ꝙ cauſa debet præcedere ſuum cauſatum quia fateor, ſed cauſa legati efficiẽs eſt ipſe teſtator, inſtitutio autem hæredis nó eſt cauſa legati, ſed confirmatio aut validitas, quæ confirmatio poteſt actum ſequi, immo natura confirmationis eſt ꝙ actum ſequatur, quia confirmatio neceſſariò præſupponit actum præcedere, qui confirmatur, & attenta ratione tex. in .d.§. ante hæredis, ſequeretur ꝙ legata fieri nó poſſent viuo teſtare, quia non poſſunt valere ante aditionem hæreditatis .l. i. ff. de iniuſto teſtam. .l. ſi nemo .ff. de reg. iuris .l. eam quam .C. de fideicom. Similiter non obſtat illa ratio non legandi poſt morté hæredis, quia videatur conferri inſtitutio in tempus inhabile, quia dico ꝙ immo confertur in tẽpus habile cum inſtitutio iam facta ſit & adita hæreditas, Nec obſtat ꝙ finiatur inſtitutio mortuo hærede, nam iſtud negatur ꝙ finiatur inſtitutio ex quo eius effectus iam cõſumatus eſt, qui perpetuò durat, Ideo ceſſante cauſa non ceſſat effectus iam conſumatus .l. fi. in prin. .ff. vnde lib. Bart. in .l. 2. §. fi. ff. de dona. Præterea qua ratione grauare poteſt teſtator hæredem, eadem videtur ꝙ grauare poſſit hæredem hæredis legando poſt mortem hæredis cum hæres hæredis dicatur etiam honoratus à teſtatore licet mediatè .l. fi. C. de hæredi. inſtitu.

95 Quartò exploranda eſt ratio † cur antiquitus à legatario legari non poſſet, ratio videtur capienda ex .d.§. ante hæredis, quia inſtituio eſt caput teſtamenti & ab ea dependent legata, Ideo videbatur abſurdum ꝙ legatum poſſet ſumere vires ex perſona legatarii, & ꝙ legatarius poſsit dare robur legato alterius cũ in ſuo legato ope aliena indigeat. Sicut abſurdum videtur ꝙ indigens curatore aliis curator detur .§. item maior. inſti. de excu. tutor. quæ ratio ceſſabat in fideicommiſſo cuius ſubſtantia non dependebat ex teſtamento, cum ab inteſtato relinqui poſſet. Sed iſta ratio antiquorum poſteris non placuit, quia licet grauetur legatarius onere alterius legati, tamen non propterea ſumit legatum vires à perſona ipſius legatarii, imò ab inſtitutione hæredis & ab ipſo teſtatore, legatarius auté grauatus habet vt nudus miniſter obligatus ad præſtationem legati.

Aliam rationem cur à legatario legari nó poſſet aſsignat Iaſ. hic, quia legatarius dicitur ſucceſſor ſingularis, Ideo lex antiqua nolluit ab eo legari poſſe, quia ſucceſſor particularis non tenetur ad onera .l. i. §. hæres percepto fundo .ff. ad Trebellia. cum ſimil. Sed voluit lex antiqua obligari ſucceſſorem vniuerſalem tantum in quem trãſeunt omnia onera actiuè & paſsiuè. Sed iſta ratio Iaſ. non videtur bona nec veriſimilis, quia
94 † ea attenta ſequeretur ꝙ etiam rei legatę aut legatario non potuiſſet apponi aliquod onus, ꝙ tamen eſt falſum .l. Imperator. in princ. & .§. ſi centum. & .§. ſeq. ff. de lega. 2. l. i. §. ſciendum. ff. de lega. 3. l. ab eo. C. de fideicom. Roma. in cõſil. 189. col. i. Præterea ex iſta ratione Iaſ. videtur ſequi diſtructio primæ rationis quæ habet ꝙ ideo .l. antiqua nolebat legari poſſe à legatario, ſed ab hærede tantum, quia inſtitutio eſt caput & fundamentum teſtamenti, ſed attenta iſta ratione Iaſ. ſequeretur ꝙ de iure antiquo legari potuiſſet à legatario vniuerſali in quem tranſeunt omnia iura hæreditaria actiuè & paſsiuè, & tamen legatum vniuerſale non dicitur caput aut fundamentum teſtamenti, niſi eo caſu quo importat inſtitutionem, de quo latè dixi in rubri. ſupra eodem nu. 42. & pluribus ſequen.

Secunda ſolutio gloſ. ꝙ iſta eſſet opinio Vlpiani tantum, ſed ꝙ omnes alii iuriſconſulti eſſent in contraria opinione in Iuribus ex aduerſo adductis, non eſt bona, quia ſi ita fuiſſet, non

fuiſſet poſita iſta .l.i. in iſto titulo maxime in ini
cio libri pro bona & vera, ex quo cómunis opi.
eſſet contra Vlpianum. & poſtquam ſita hic fuit
opi. & lex Vlpiani ſine aliqua reprobatione, di-
cendum eſt, ꝙ eius opinio recepta eſſet & ab ali-
is approbata. Præterea ſi Vlpianus ſolus fuiſſet
in hac opi. non ita ſimpliciter & abſolutè dixiſ-
ſet exæquata ſunt per omnia, nam verſimiliter
mentionem feciſſet de ſententiis contrariis quē
admodum in legibus ſolitum eſt fieri.

Circa tertiam ſolutionem glo. ꝙ aliquid hic
fuit detractum à verbis Vlpiani; vult dicere glo.
ꝙ lex, aut reſponſum Vlpiani non eſſet ita truca
tum aut in pauca contractum prout hic legitur,
nec in eo eſſent illa verba vniuerſalia per omnia
ita præciſa, ſed cum aliqua modificatione, aut ex
ceptione propter contraria ſupra formata, puta
forte erat dictio ferè prout in. §.i. inſti. de dona.
vel ſorte erat negatiua non ꝙ non per omnia eſ-
ſent exæquata, vt hic per Iaſ. col. 10. Sed ꝙ com
pilatores huius libri detraxerunt verba pertinen
tia ad ipſam exceptionem aut modificationem,
& ꝙ illud detractum inducat nouitatem, ſeu ad-
mirationem; quaſi dicat ſi reſpóſum Vlpiani ad
integrum poſitum eſſet, ceſſaret nouitas omnis
& admiratio cur dictum ſit exæquationem lega
torum & fideicommiſſorum per omnia factum
eſſe, ex quo in reſponſo Vlpiani veriſimiliter
erant alia verba reſeruatiua aut modificatiua. Sed
iſta tertia ſolutio nullo modo tenetur. primò
quia diuinatiua, ꝙ aliquid fuerit detractum de
verbis Vlpiani. ſecundò quia non eſt veriſimilis
ꝙ compilatores voluerint talem detractionem
facere per quam apparet euidens contrarietas
inter iuriſconſultos.

Ideo tenetur prima ſolutio glo. ꝙ contraria
loquuntur de iure antiquo duodecim tabularũ,
quo iure procedebant illæ differentiæ inter lega
ta & fideicommiſſa, ſed iſta exequatio legatorũ
& fideicommiſſorũ facta eſt de media iuris pru-
dentia, vt hic per Iaſ. col.7. in fi.

Poſtquam Bart. hic in prima oppo. intrando
ad glo. ſe remittit ad eam circa illas quattuor diſ
ferentias, & circa ſolutionem format ipſe Bart.
oppo. vltra gloſ. per quam etiam oppo. arguit
contra primam ſolutionem glo. dicens præterea
ſi iſta lectura ſit vera ꝙ legata exæquata ſint fidei
commiſſis per omnia, Iuſtinianus ſeruiſſet no-
bis de vento in .l.2. C. com. de lega. vbi Iuſtinia-
nus attribuit ſibi iſtam adæquationem, ergo aut
Vlpianus, aut Iuſtinianus falſũ loquuti ſunt quia
ſi Vlpianus verum dicit circa iſtam exæquatio-
nem neceſſariò falſum contendit Iuſtinianus il-
lam ſibi arrogãs. Rurſum ſi Iuſtinianus vera præ-
dicit, non eſt verum Vlpiani reſponſum.

Sed eſt aduertendum antequam veniatur ad
ſolutionem iſtius oppo. Bart. licet Bart. videa-
tur iſtam oppo. ſibi tribuere, tamen in effectu
videtur oppo. glo. hic, dum dicit, ꝙ Vlpianus ſo
lus erat in opi. exæquationis, ſed ꝙ alii ſentiebãt
contrarium. Sed Iuſtinianus approbauit ſenten-
tiam Vlpiani, nam gloſ. iſtud dicit ſentiens op-
po. Bart. & ſic reſpondet glo. ad oppo. Bart. ꝙ
immo Iuſtinianus non ſeruiuit nobis de vento
faciendo illam exæquationem, quia licet prius
eſſet facta per Vlpianum, tamen habebatur pro
non facta, ex quo communis opinio aliorum
prudentum erat contra Vlpianum.

Secundo modo reſpondet glo. ad oppo. Bar.
ꝙ immo Iuſtinianus non ſeruiuit nobis de vẽto,
quia reuera ipſe fuit auctor huius totalis adæqua
tionis, nec obſtat vniuerſalitas huius legis, quia
in veritate non erat iſta lex ita vniuerſalis, ſed
aliquid detractum fuit à compilatoribus huius
libri. Sed iſtæ ſolutiones improbantur vt ſupra
eſt dictum. Ob id contrarium Bar. adhuc durat,
ꝙ Iuſtinianus videatur nobis ſeruiſſe de vento,
dum ſibi attribuit iſtam adæquationem, Ideo ad
iſtud contrarium Bar. adducit ſolutionem Iaco.
de Are. quam reprobat, & pro maiori declara-
tione eorum quæ dixit Bar. contra Iaco. de Are.
tradit Bar. doctri. in materia iſta adæquationis
quæ Bar. doctri. approbatur per doct. hic.

In iſta materia adæquationis Crotus hic ſor-
mat octo concluſiones, ſed aduerte quia iſtæ cõ-
cluſiones fiunt ad maiorem declarationem, ſed
hic videtur induci confuſio, quia permixtum tra
ctat quando vnum adæquatur alteri & quando
plura inuicem adæquantur.

Ideo ad faciliorem explicationem videntur
proponendæ regulæ cum ſuis ampliationibus &
95 fallentiis. Itaq; † regula prima traditur in hac ma
teria, ꝙ vbi vna res adæquatur alteri, iura com-
petentia rei, cui fit adæquatio tranſeunt in rem
adæquatam .l. princeps .ff. de legibus .l.i. §.i. ff. ſi
quid in frau. patro .l. illud. in prin .ff. de dona.
cau. mortis. no. Bar. & Doct. hic Dec. in conſi.
46. circa fi. Addo tex. in .c.2. de offi. leg. lib.6.
vbi legatus proconſuli adæquatur, & ideo quod
dicitur in proconſule habet locũ in legato, pro-
ut ibi arguunt gloſ. & Doct. quem tex. ad hoc
citat Dec. in conſi. 128. col.2. in fi.

Ampliatur iſta concluſio aut regula vt proce
dat etiam in materia exorbitanti aut correctoria
.l. qui neq; .§.i. & .l. ſi prædia. ff. de rebus eorum,
vbi oratio diui Seueri prohibens alienationem
bonorum pupillorum tutoribus & curatoribus
ipſorum pupillorum extenditur etiam ad cura-
tores adultorum, furioſorum, & ſimilium, quia
curatores adæquantur tutoribus et tutoribus cõ
iuncti dicuntur ſimilitudine. Ad idem gloſ. in
.l.2. C. de cura. furio. quam ſequitur Alex. in .l.
centurio. col.2. ff. de vulg. Sequitur Crotus hic
col.3. in ſeptima concluſione. Sed ratio dd. iuriũ
eſt, quia materia eſt fauorabilis ne pupilli mino-
res furioſi & ſimiles decipiantur, nam diſpoſitio

quæ ſit ad obuiandum fraudibus dicitur fauora-
bilis & latè interpretatur.l.i.§. pecuniam.ff. de
calumnia.l.ſed & Iulianus, in princi. &.§. mu-
tui datio.ff.ad Macedo.c.ſi ciuitas. de ſenten. ex
com.lib.6. Sed tamen idem puto in alia materia
non fauorabili, vt fiat extenſio ratione adæqua-
tionis vt dixi in rubr. ſupra eodem nu. 153.

Iſta regula limitatur vt procedat quando adæ
quatio fit ſimpliciter ſecus ſi in aliquo caſu, quia
extra illum caſum nó trahitur, glo.in c.i.in ver.
declaramus.ne cler.vel mona. lib.6.glo. inſtitu.
de excuſa. tutor. in prin. in ver.in prouinciis.
Roma. in conſil.179.ampliſſime Doctor col.3.
verſi.iii.reſpondetur, vbi etiam Roma. pro hoc
allegat caſum quem dicit ſingularem in.l.ſi fu-
rioſi.C.de nup.& ita tradit Crotus hic in quar-
ta concluſione col.iii.Sed aduerte, quia Crotus
in concluſione loquitur quando vnum adæqua
tur alteri, ſed glo. in.d.c.i.in ver.declaramus, lo
quitur quando plura inuicem adæquantur, &
iſto caſu etiam loquitur Roma.in.d.conſi. 179.
Sed eſt longa differentia an plura inuicem æqui
parentur, aut vnum alteri. Concluſio tamen
Croti melius probatur per glo. inſti. de excuſa.
tu.in prin.in ver.in prouinciis, melius etiam vi
deturprobari per dicta Doct.in.l.ſi emancipati
.C.de colla.vbi ꝙ emancipatus non tranſmittit
hæreditatem patris non aditam ex capite ſuitatis
quod etiam probatur in.l.iii.C.de iure deliber.
Tradit Iaſ. in.l.emancipata.C.qui admitti.& ta-
men emancipatus adæquatur ſuo.l.meminimus.
.C.de legi.hæredi. Sed ideo emancipatus non
tranſmittit ex capite ſuitatis, quia illa adæqua-
tio ſolum fit reſpectu ſucceſſionis non ſimplici
ter, aut generaliter, ideò ſtant ſimul ꝙ emanci-
patus & ſuus æqualiter ſuecedant, & tamen nó
tranſmittat emancipatus, cũ tranſmiſſio ſit quid
extrinſecum & ſeparatum à ſucceſſione, quod
patet, quia multi ſuccedunt qui non tranſmit-
tunt, imò regula eſt ꝙ licet quis ſuccedat, tamé
non tranſmittat.l.vnica.§.ſin autem in nouiſſi-
mo.C.de cadu.tollen.
Iſta limitatio ſublimitatur vt nó procedat quã-
do in alio caſu in quo non reperitur facta adæ-
quatio, eſſet eadem ratio, quia tunc ad eum ca-
ſum fieret extenſio non ex ui ſolius adæquatio-
nis, ſed cóncurrente identitate rationis, per tex.
in.l.ex facto, vbi Iaſ. in quinto nota.ff.de vul-
gar. vbi tex.arguit de ſubſtitutione pupillari ad
exemplariam, quia æquiparantur, & tamen in
multis differunt. Ad idem tex.in.§.colligentes,
in authen.de non eli. ſecun. nuben. quem tex.
adducit Soci. in.l.Gallus.§.& quid ſi tantum, in
tertio nota.ff.de lib.& poſthum. vbi.Soci. indu
cit illum text. ꝙ ſicut in perdendis lucris nuptia
libus mater aſſimilatur patri, quia vterq; amit-
tit lucra nuptialia per tranſitum ad ſecunda vota
ita ſit æquiparatio in amiſſione ſucceſſionis libe
rorum primi matrimonii propter identitatem
rationis. Sed Soci. male & infidelioer inducit il
lum text, ꝙ loquatur in amiſſione ſucceſſionis,
imò loquitur ĩ acquiſitione ſucceſſionis ꝙ ſicut
ſunt pares in damno ita & in lucro. Sed vtcunq;
ſit ſatis eſt ꝙ tex. ibi mouetur ratione illius adæ
quationis in damno, vt adæquet in commodo;
& lucro ex identitate rationis. Sed dictum Soc.
quatenus ipſe loquitur niſi mendoſa ſit littera,
non videtur verum neq; æquum, quia ex dicto
Soci. ſequitur ꝙ vbi vnum adæquatur alteri in
vno caſu, trahatur adæquatio ad alium caſum in
materia odioſa & pœnali, & tamé in hoc Doc.
cómuniter tenent contrarium, ꝙ vbi adæquatio
non ſit generaliter quoad omnia ſed in aliqui-
bus tantum, non trahatur extra caſus ſuos in ma
teria odioſa, vt probatur in.l.ſi. iuncta authen.
quas actiones.C.de ſacroſan. eccleſ. nam in.d.l.
ſi.ciuitas & eccleſia ſolum æquiparantur in qua
tuor caſibus in materia præſcriptionis, ideo lex
noua ſuperueniens in.d.authen. quas actiones,
loquens in vno ex caſibus parificatis non trahi-
tur ad alium caſum, & no. Iaſ.in.d.authen.quas
actiones, col.5.circa fin.in authen. nouiſſima.
col.51.de in offic.teſta.in.l. tranſire col. 5. circa
med.C.de tranſa. poſt. Roma.in.d. conſil.179.
ideo iſta ſublimitatio debet intelligi in materia
extendibili in qua extenſio permittitur ex iden-
96 titate rationis ſecus † in materia odioſa in qua
nó fit extenſio ex identitate rationis.l.cum qui-
dam.ff.de libe. & poſthu.l.quod verò contra.ff.
de legibus.l.ſi vero.§. de viro.ff.ſolu. matri.l.ſi.
C.de pred. decurio. lib. 10. vbi glo. in ver. per-
mittimus Tradit Oldra.in conſi.150.in eccleſia
Valentina.col.ii.in ſi.fortius voluit Io. de Ana.
in conſi.27.col.2. ꝙ in parificatis non habet lo-
cum extenſio, & ſic vult Io. de Ana. ꝙ licet pa
rificatio non fiat in aliquo caſo tantum ſed ſim-
pliciter & generaliter, tamen in odioſis nó fiat
extenſio, ſed iſtud non placet quando parifica-
tio eſt generalis.
97 Secundò limitatur † dicta concluſio vt ſolum
procedat adæquatio in his quæ competunt ei ad
quod fit adæquatio de iure cómuni, ſecus in his
quæ competunt de iure ſpeciali, aut ex priuile-
gio. Paul. de Caſt. & Doct. in.l.ſi emancipati.
.C. de colla. vbi ꝙ emancipatus non tranſmittit
hæreditatem non aditam ex capite ſuitatis, &
tamen emancipatus æquiparatur filio in poteſta
te.l.meminimus.C. de legiti. hæred. Sed iſtud
eſt quia tranſmiſſio hereditatis non aditæ fit de
iure ſpeciali ex priuilegio quodam ſuitatis cum
regulariter hæreditas non adita non tranſmitta
tur.l.vnica.§.ſin autem in nouiſſimo .C. de ca-
du. tollen.
98 Ad idem adducit † Crotus hic col.iii. in ſecũ
da concluſione dictum Ange. in.l.iubemus.C.

ad Trebellia. & Alex.in.l.ex ſacto.§.ſi quis rogatus col. 13. nu.29.ff.ad Trebellia. vbi ꝙ priuilegium illius.l.iubemus.quòd ſructus non imputentur in trebellianicam liberis primi gradus nõ competit legitimatis.ſequitur Deci in cõſi.275 in cauſa quæ luce.col.4.in fi.& tamen legitimati adæquantur legitimis.§.ſit igitur licentia, in authen.quibus mo.na.effi.legi.

Sed aduerte, quia Alex.in.d.§.ſi quis rogatus, non firmat iſtud dictum Ange. imò proteſtatur ſe nolle examinare. Et contrarium voluit Rippa in.l.nemo poteſt col.12.nu.55.ff.de lega.i.vbi tenet ꝙ etiam in legitimatis primi gradus Trebellianica prohiberi non poteſt, ergo nec fructuum imputatio mandari poteſt, quia ſatis prohiberetur ſi fructus imputarentur.

Sed vltra Crotum hic adduco tex.in.l.fi.ff.de magi. conue.iuncta.l.i.§.priuilegium, eodẽ tit. nam in.d.l.fi.dicitur ꝙ actio tutelæ quæ competit pupillo contra tutorem, competit cõtra magiſtratum, & ſic actio competens contra magiſtratum adæquatur actioni tutelæ cõpetenti cõtra tutorem, & tamen in.d.§.priuilegium dicitur ꝙ non ſit iſta adæquatio reſpectu priuilegii conceſſi actioni tutelæ cõtra tutorem, quę duo iura ad hoc citat idem Crotus in.l.Gallus.§.& quid ſi tantum. col.32.ff.de libe.& poſthu. Alia etiam ad cõfirmationem huius limitationis adducit Crotus hic col.iii.in ſecunda concluſio. Sed vltra Crotum addo tex.in.l.fi.ff. de condi. indebi.vbi reſtitutio in integrum, quia dicitur de iure ſpeciali, non extenditur ad acceſſoria.

Sed cõtra iſtam limitationem oppono de eo quod tradit Crotus hic col.ii.in fi. vbi ſi alicui prælato miſſo ad gubernationem alicuius prouinciæ conceditur facultas legatis de latere, poterit talis prælatus adæquatus legato de latere cõferre beneficia, ſicut poteſt legatus de latere.c. .i.de offi.lega.lib.6.& tamen poteſtas conferendi beneficia dicitur competere de iure ſpeciali & extraordinario. glo. in clemen. 2.in ver. nolumus de offi. ordi.vbi ꝙ poteſtas cõferendi beneficia competens legato dicitur odioſa, & extraordinaria, hinc videmus ꝙ vicarius epiſcopi virtute generalis poteſtatis ſibi attributæ nõ poteſt conferre beneficia, ſed mandatum ſpeciale requiritur.c.fi.de offi.vicar.lib.6.

99 Solutio, illud † quod dicitur poteſtatem legati in conferendo beneficia eſſe odioſam, & extraordinariam, procedit in ſimplici legato ſecus in legato de latere, quia eius poteſtas dicitur de iure cõmuni, vt probatur in.d.c.i.in fi.de offi.lega.lib.6.vbi ponitur regula negatiua ꝙ legatus ex ipſius legationis munere nullam conferendi beneficia habuit poteſtatem, à qua regula excipitur legatus de latere, ergo vt exceptio ſit de regula dicendum eſt ꝙ legatus de latere habeat poteſtatem conferendi beneficia ex ipſius legationis munere.

Non obſtat ꝙ vicarius epiſcopi non poteſt conferre beneficia ſine ſpeciali mandato, quia aliud in poteſtate vicarii, aliud ĩ poteſtate vnius legati de latere multo ampliſſime, ideò arguere de vicario ad legatum videtur argumentum de minori ad maius negatiuè nõ ſubditis, ergo non poteſt princeps, nam legato de latere ius cõmune dat poteſtatem conferendi beneficia, ſed vicario epiſcopi nihil dat lex, niſi quatenus concedit epiſcopus in eius mandato, & ita tradit Deci. in conſil.128.vbi alios refert ita conſuluiſſe, & puto ꝙ cõſuluerint ſuper caſu de quo meminit Crotus hic col.ii.in fi.vbi ꝙ ita aliàs cõſultum vidit. Sed vltra Decium ꝙ poteſtas legati de latere, aut eius iuriſdictio dicatur ordinaria competens de iure cõmuni, adduco Rotam deciſ.118. ſecundum maiorem. in nouis, & deciſ.459. nota ſecundum maiorem. in antiquis.

Iſta limitatio quòd adequatio nõ trahitur ad ea quæ competunt de iure ſpeciali, non videtur procedere in materia fauorabili in qua interpretatio larga & lata fieri debet, vt per Dec.in.d. conſi.128. col.iii. verſi.iii.etiam dici poteſt, & in fi.conſi.verſi.poſtremo nõ obſtat. Sed aduer-
100 tendum † quia Deci. in caſu ſuo videtur æquiuocaſſe dum dicit materiam eſſe fauorabilem, imò erat odioſa quia agebatur de præiudicio iuriſditionis ordinariæ, nam diſpoſitio derogans iuriſditioni ordinarię dicitur odioſa.c.de cætero, in ver.ad extraordinarium iudicem, de tranſactio. vbi Abb. notat, glo.in c.i.in glo. magna. in ver. proceſſus, de reſcrip.lib.6.Iaſ.in conſ.53 col. pen.in fi.lib.iii. Sed vltra Iaſ. in terminis cõceſſionis cõferendi beneficia ꝙ dicatur odioſa, quia præiudicatur ordinariæ poteſtati, adduco tex. in.c.is cui.de præbend.lib.6.quẽ tex.ad hoc citat Corti.Senior in cõſil.50.col.30.ante med.

101 Secundò aduertendum † contra Dec.nam poſito citra veri præiudicium, ꝙ in caſu Decii materia eſſet fauorabilis, tamen non videntur venire quæ competunt de iure ſpeciali, quia regula quæ habet ꝙ in fauorabilibus lata ſit interpretatio.l.cũ quidam.ff.de lib. & poſth.reg.odia. lib. 6. non procedit quando materia fauorabilis eſt contra ius cõmune. Alex. in cõſil.207.col.4. in fi. verſi.ad allegata.& col.6.verſi. nam illa dicitur eſſe. lib.6. Itaq; illa ratio Decii.ꝙ materia ſit fauorabilis non videtur procedere ob dictum, & conſi. Decii ſaluari poteſt ex illo tantum fundamento ꝙ poteſtas legati de latere in conferendis beneficiis non dicatur extraordinaria competens de iure ſpeciali ſed de iure communi.

102 Vel ex alio vltra † Decium conſidero dictum eius & deciſionem in.d.conſi.128. poſſe ſuſtineri, nam illud quod dicitur diſpoſitionem nõ trahi ad illud quod competit de iure ſpeciali, nõ procedit in iure ſpeciali, quod ſolitum eſt concedi

cedi. Dec.in.l.ii.col.ii.C.qui admitti. per.l.quidam relegatus.ff.dè rebus dub.l.intercidit.ff. de condi. & demon.l.qui cum maior.in prin.ff. de bonis liber. Sed poteſtas conferendi beneficia conſueuit tribui legatis de latere pluſquam notorie, ergo perinde eſt ac ſi competeret de iure cõmuni, conſequenter venit in iure adæquato.

103 Tertiò limitatur † memorata cõcluſio, vt nõ procedat in his quæ ſunt inſolita & quæ cũ difficultate concedi ſolent, nam ad ea non trahitur adæquatio licet illa fiat per verba vniuerſalia geminata puta ſi abbas adæquatur epiſcopo in omnibus & per omnia, iſta adæquatio non compræhendit ea quæ ſunt ordinis epiſcopalis, ita Anto. de Butr. in con.19. col.4. ſequutur Doc. hic cõmuniter. Corti. Senior in conſi.50.colu.13. poſt med.

Confirmo iſtud dictum ex eo quod ſcribit Bal. in.c.naturales.in.fi.ſi de feudo fuer.contro. vbi ꝙ verba generalia conceſsionis principis nõ trahuntur ad ea in quibus ſolet princeps ſe difficilem reddere, allegat Io. Mona.in.c.i.in glo. ſecun. ſuper ver. natalium, de filiis præsbi. lib.6. Sequitur Veronen. in conſil. vltimo col.ii.

104 Secundò confirmo † ex eo ꝙ ſcribit Anchar. in conſil.295. pro clariori euidentia.col.ii.in fi. verſi. ſecundo ſic. vbi ꝙ diſpoſitio generalis nõ comprehendit ea quæ ſunt ſuprema, aut maxima, ideo conſtitutio Papæ non ligat Cardinales niſi in ſpecie dicatur.

Tertiò confirmo, nam vbi de aliquo mentio ſpecialis fieri debet, non ſufficiunt verba vniuerſalia, ideo illa verba contra quaſcunq; perſonas cuiuſuis qualitatis gradus aut cõditionis exiſtãt, non comprehendunt perſonas de quibus mentio in ſpecie habenda ſit.c.2. de præben. lib.6.c. quàm ſit periculoſum. de ſenten. excom. lib.6. glo. in.c. inquiſitores. in ver. expreſſe. de hære. lib.6. Curtius Senior in conſi.50. col.11. verſi. ſic etiã videmus. Ias. in .l. actione. in tertio not. .C. de tranſact. Ideo adæquatio Abbatis ad Epiſcopum non videtur cõprehendere ea quæ ſunt ordinis epiſcopalis, in quibus mentio ſpecialis requiritur cum materia dicatur odioſa & tractetur de præiudicio tertii ſilicet epiſcopi licet ſecus in alia materia non odioſa in qua mentio ſpecialis ſatis fieri dicitur per verba vniuerſalia. Quartò confirmat Crotus hic col.3. in tertia concluſione per tex. in .l. princeps cum ibi no.ff. de legibus, & in .l. ſi auguſte.ff. de lega.2. vbi adæquatio auguſte ad principem non trahitur ad facultatem condendi leges.

105 Quartò limitatur † concluſio vt ſolum procedat adæquatio in compatibilibus. glo. in.c.i. ne ſede vacan. vbi quando vnum vnitur alteri, aſſumit priuilegia eius cui vnitur ſecundum illius naturã & conſuetudinem. Tradit Crotus hic col.3. in quinta concluſione. Sed vltra eum adduco Geminia. in conſ.92. col.2. circa med. vbi quãdo vnum adæquatur alteri diſpoſitioni, limitatur & reſtringitur per omnia ſecundum naturã illius cui fit adæquatio.c.cum olim. de conſue.c. olim. de verb. ſigni. Ad idem adduco Deci. in conſi.362. in prin. vbi ꝙ æquiparatio intelligitur facta eo modo quo fieri poteſt.

106 Non omitto † ꝙ nonnulli Moder. tenent cõtra iſtam regulam volentes quòd imò adæquatio intelligatur mutuò facta actiuè & paſiiuè, licet vnum adæquatur alteri, non etiam fiat adæquatio plurium inuicem. per .l. quæ ſub conditione .§.1.ff. de condi. inſti. vbi ꝙ virtus legatorum attribuitur fideicõmiſsis, quia fideicommiſſa vicẽ obtinent legatorum iuncta hac .l.i. hic per Nigri. nu.14.

Sed reſpondeo, ꝙ ille text. affert ſecum ſolutionem, quia fideicommiſſa vicem obtinent legatorum, ideſt ſunt loco legatorum aut effectũ legatorum repreſentant inſtar locumtenentis nimirum ſi gaudent eorum priuilegiis, & ſic retorquetur ille tex. quia niſi vicem obtinerent, non gauderent.

Secundò reſpondeo ꝙ licet per hanc .l.i. non ſit facta adæquatio mutua legatorum & fideicõmiſſorum per modum regulæ, tamẽ illa iam erat facta per varias .ll. diſperſas de iure digeſtorum, vt hic per Ias poſt. Bar. col.8. Eodem modo reſpondetur ad .l. ſi hæres ab eo.ff. ad Trebellia. & ad.l. is cui fideicommiſſum.ff. ad.l. Falci. quia illæ ſunt ex.ll. ſparſis, per quas colligitur iſta adæquatio mutua.

107 Non obſtat dictum † Bar. in.l.2.ff.de duobus reis, ꝙ verbum violenter poteſt intelligi actiuè & paſsiuà, ergo idem in ver. adæquatio. quia primo dici poteſt ꝙ Bart. male loquitur, & reprobatur per Imol. & Areti. ibi per Decium in .c, quia G. in prin. de iudi. in conſi.100. col.2.

Secundò reſpondeo, ꝙ Bar. loquitur quando verbum violenter profertur imperſonaliter, nec magis refertur ad vnam perſonam quàm ad alteram ideo ſtat imperſonaliter, ſed in caſu regulæ noſtræ verbum adæquatio non ſtat imperſonaliter aut dubie, imò refertur ad caſum certũ, ob id paſsiuè intelligi non poteſt.

Non obſtat dictum Bar. in.l.i. col.2.C. de fide inſtru. lib.10. quia primò dici poteſt ꝙ Bar. male loquatur, & eum repræhendit Aret.in.l. apud Iulianum.§.fi.col.ii.infra eo.ſecundo dico ꝙ illa extenſio in dicto Bar. fiat magis ex identitate rationis quàm virtute adæquationis, iuxta nota. per Soci. in.d.l.Gallus.§.& quid ſi tantum in tertio nota.

Non obſtat ꝙ Bar.met videtur ſibi cõtrariari infra.eo.col.ii.verſi.tertium ius, vbi voluit ꝙ de iure iſto fforum fideicõmiſſa eſſent exæquata legatis, quis fateor nec Bar. reprehendit ſolutionem. Iaco. de Aret.eo ꝙ intenderet Bart. ꝙ iſta

exæquatio

exæquatio facta non eſſet, ſed imò reprehendit in hoc quia ipſe Iaco. dicebat ꝙ non erat facta, nam dicit Bart. ꝙ etiam vbi facta non eſſet, potius per hanc .l.i. virtus fideicõmiſſorum eſſet data legatis quàm è contra.

108 Secunda regula † principalis traditur in hac materia adæquationis, ꝙ vbi plura adæquantur inuicem & mutuò, inuicem fit cõmunicatio aut contributio priuilegiorum & effectuum .l. quia autem. verſi. ſi verò nõ inciderit .ff. ſi quis omiſſ. cau. teſta. In quo tex. aduerte ꝙ vbi hæres incidit in edictum dum putat fraudare legatarios, ipſe ſibi damnum dat, quia vltra relicta in teſtamento, tenetur etiam præſtare relicta in codicillis ab inteſtato, ſimiliter vbi hæres incidit in edictum potior eſt cauſa legatariorum non ſolum in legatis relictis in teſtamento, ſed etiam in fideicõmiſſis relictis in codicillis, vt in ipſis fideicõmiſſis præferantur legatarii deſcripti in teſtamẽto, quando eiſdem relicta ſunt fideicõmiſſa in codicillis ſimul & aliis extraneis, Sed vbi hæres non incidit in edictum, tunc ceſſant legata & omnia diſpoſita in teſtamento, & ſolum debentur fideicõmiſſa relicta in codicillis, in quibus fideicõmiſſis per omnia exæquantur ipſi fideicõmiſſarii, quem tex. non bene viſus eſt intellexiſſe Ias. hic. Alia etiam iura adducuntur per Bart. hic. & tradit glo. in.d.c.i. ne ſede vacante. Dec. in.d. conſi.46. circa fi. & in.c. conſultationibus col. pen. de offi. de lega.

109 Ampliatur iſta † regula vt procedat etiam in materia pœnali, quia vbi duo inuicem æquiparãtur diſpoſitio pœnalis ſuperueniens loquens in vno trahitur ad aliud. glo. in .l. quod verò contra .ff. de legibus glo. Bart. & Doct. in .l. ſi quo ſeruo. in glo. fi. C. de furtis. glo. in.c. de multa. vbi Abbat. in ver. in eadem eccleſia de præben. glo. pen. in.c. ſi poſtquam de electio. lib.6. Dec. in.c. ſecundo requiris col. fi. de appella. Ias. in .l. tranſigere. col.5. circa med. C. de tranſactio. & in.§. ex maleficiis. col.8. nu.39. inſti. de actio.

Ampliatur ſecundò vt procedat iſta concluſio etiam in materia correctoria loquens in vno ex parificatis per legem antiquam extenditur ad alterum .c. quamuis in fin. iuncta glo. de electio. lib.6. glo. & Doct. in auctẽ. quas actiones .C. de ſacroſan. eccleſ. Abb. in cõſi.75. col.3. lib.1. glo. & Doct. in .d.l. quod verò contra .ff. de legibus, & in.d.l. ſi quis ſeruo. C. de furtis. Bart. & Doct. in.l. ſi conſtante, vbi Ias. col.5. ver. ſecũdum fundamentũ Bar. ff. ſolu. matr. Bar. in .l.2. infra eo. in .l. Marcellus in princ. ff. ad Trebellia. & in auctẽ. ſed cum teſtator col 2. C. ad legem Falci. Ias. in.d.l. tranſigere. col.5. C. de tranſac. Pro quo etiam glo. in auctẽ. & nõ obſeruato. in. ver. inſcribat .C. de teſta. iuncta .l. iubemus, eo. tit. vbi correctio circa teſtamentum in ſcriptis extenditur ad nuncupatiuum, quia æquiparantur. quam glo. ad hoc citat Alex. in cõſi.171. col.2. lib.7.

Limitatur nunc iſta regula & concluſio vt ſolum procedat quando per legem antiquam plura parificantur in omnibus per modum regulæ, aut ſaltem in illis terminis præciſe in quibus loquitur lex noua correctoria aut pœnalis ſuperueniens, ſecus ſi parificatio nõ fieret quoad omnia. Ita probatur in.l. fi. iuncta auctẽ. quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſ. nam in.d.l. fin. eccleſia & ciuitas in materia præſcriptionis non æquiparantur in omnibus, ſed ſolum in quatuor caſibus ibi poſitis. Ideo ius nouum correctorium, de quo in.d. auctẽ. quas actiones, loquẽs in vno ex parificatis non trahitur ad alterum, vt in .d. auctẽ. quas actiones, & ita tradit Roman. in .d. conſi.179. col.3. verſi. tertio reſpondetur cum ſimil. vt dixi ſupra in rubri. nu.146.

110 Secundò limitatur † vt non procedat quando lex noua correctoria ſuperueniens loqueretur taxatiuè, quia tunc non trahitur ad alterum ex parificatis vt dixi in rubr. ſupra eo. nu.153. Sed contra iſtam limitationem videtur glo. in auct. in ſucceſſione. C. de ſuis & legi. in ver. ſola, vbi non obſtante taxatiua adoptiuus admittitur.

Tertiò limitatur vt non procedat quãdo agitur de extenſione habenda de perſona ad perſonam, quia licet duæ perſonæ parificentur per legem antiquam, tamen lex noua correctoria loquens in vna non trahitur ad alteram. Alex. in .d. conſi.171. col.2. circa medium lib.7. allegat Imol. in.l. ſi verò.§. de viro. in quinta fallentia. ff. ſolu. matr. per glo. in .d. auctẽ. quas actiones. Sed iſta limitatio videtur contra glo. & Doct. in .d.l. ſi quis ſeruo .C. de furtis, cũ ibi no. ibi agitur de extenſione perſonæ ad perſonam.

Ex præmiſſa doctri. Bar. infertur, ꝙ ſolutio Iaco. de Are. ad arg. ꝙ prouiſio aut adæquatio ſeruiuit nobis de vẽto, nõ procedit in iure, quia non eſt verum ꝙ virtus legatorum ſit tributa fideicõmiſſis, ſed è contra potius virtus fideicommiſſorum legatis.

Infertur ſecundò ꝙ vera ſolutio ad argumentum eſt, ꝙ vtilis & neceſſaria fuit prouiſio & adæquatio introducta per Iuſtinianum, quia legata & fideicõmiſſa inuicem vniuit & adæquauit per quam mutuam adæquationem omnia iura legatorum & fideicõmiſſorum mutuò ſunt contributa, quod non erat per ius digeſtorum, quo iure legata tantum erant exæquata fideicommiſſis non fideicõmiſſa legatis.

111 Sed hic aduerte † quia videtur ꝙ imò ante Iuſtinianum etiam fideicõmiſſa eſſent exæquata legatis, quod patet, nam de iure antiquo fideicommiſſa efficaciter peti non poterant, & tamen de iure digeſtorum efficaciter petebantur .l. ſi res .ff. de lega.3. & tenent Bar. & Doct. hic. Alios item caſus in quibus fideicõmiſſa ſunt exæquata legatis

legatis ponit Iaſ. hic col.8. & ſic videtur ꝙ Iuſtinianus de nihilo ſeruierit. Iaſon hic col.8. poſt Bar. ſoluit difficultatem ꝙ imò Iuſtinianus non ſeruiuit de vento, quia ꝙ fideicõmiſſa eſſent exæquata legatis, hoc non erat deciſum iure iſto digeſtorum per modum regulæ, ſed tantum colligebatur ex multis .ll. varijs in locis diſperſis, prout in .d.l. ſi res .ff. de lega.3. Similiter in caſu .l. hæres ab eo. in prin.ff. ad Trebellia. vbi ꝙ fideicommiſſarius particularis æquiparatur legatario, & ſicut non valet legatum particulare relictum ab eo qui ſoluendo non ſit: ita nec fideicõmiſſum particulare, quem tex. male inducit Iaſ. hic col.8. dum loquitur de fideicõmiſſo relicto ab hærede non exiſtente ſoluendo, nam loquitur tex. de teſtatore non exiſtente ſoluendo, ſimiliter exæquata ſunt fideicõmiſſa legatis in caſu .l. quæ ſub conditione .§. hoc edictum .ff. de condi. inſti.

112 Ex hac ſolutione Bar. & Doct. colligo duas conclusiones. Prima concluſio † eſt, ꝙ actus poteſt denominari ab ordinante licet ab alio prius fuerit introductus, nam mutua exæquatio legatorum & fideicõmiſſorum erat introducta iure digeſtorum, ſeu de media iuris prudentia, & tamen quia talis exæquatio erat inordinata & diſperſa in varijs locis, Iuſtinianus autem illam in ordinem reduxit per modũ regulæ, talis exæquatio attribuitur ipſi Iuſtiniano.

Sed contra iſtam concluſionem & conſequẽter contra ſolutionem Bart. & Doct. oppono. nam denominatio actus debet fieri à prima cauſa.l. ſi procuratoré. in prin.ff. mandati. vbi quãdo dominus tradidit inſtrumenta cauſæ procuratori, illa repetit actione mandati non depoſiti, quia vniuſcuiuſq; contractus initium ſpectandũ eſt & cauſa. Ad idem tex. in.l.i.§. idem Pomponius.ff. depoſiti notat. Deci. licet dicta iura non citet in rubr.C. qui admitti. col.5. circa med. & col.6. circa med. verſi. ſecundo reſponderi poteſt. ergo iſta exæquatio non videtur attribuenda Iuſtiniano prout ipſe ſibi attribuit in .§. ſed non vſq; inſti. de lega. Sed attribuenda videtur mediæ iuris prudentiæ tanquam primæ cauſæ.

Secundò contra iſtam ſolutionem & conclu-
113 ſionem adduco † dictum Anchar. in .c. litteris, per illum tex. de reſcrip. vbi qui factum alterius proſequitur, non dicitur de nouo facere. Sequitur Deci. in conſi.251. col.2. in fi. ergo dici nõ poteſt ꝙ Iuſtinianus de nouo introduxerit exæquationem iſtam legatorum & fideicõmiſſorũ licet eam ordinauerit per modum regulæ, ſed tantum dici poteſt ꝙ exæquationem iam factam proſequutus fuerit illam ad ordinem & regulam reducendo.

114 Tertiò contra † iſtam ſolutionem & concluſionem adduco Bal. in conſi.428. ſi fideiuſſor. in fin. lib.2. vbi ꝙ per nouos actus conſecutiuos veterum & explicatiuos eorum, non inducitur noua ſocietas, per tex. pulcherrimum in .l. nam & Seruius.§. ſi vino .ff. de neg. ge. Ad idẽ quod ſcribit Bald. in conſi.156. cum duæ lib.3. vbi ꝙ ea quæ pertinent ad conſumationem inchoatorum, non faciunt nouam ſocietatem, nec rem nouam, ſed ea quæ pertinent ad nouum negotium, illa faciunt rem nouam. Quanto minus dicetur noua exæquatio legatorum & fideicõmiſſorum à Iuſtiniano facta cum illa non ſolum inchoata ſed conſumata eſſet de media iuris prudentia licet Iuſtinianus materiam illam ad regulam & ordinem perduxerit.

Ideo puto, ꝙ Iuſtinianus male ſibi attribuerit iſtam exæquationem, vel ꝙ compilator inſtitutionum inaduertenter ita ſcriptum reliquerit, & ꝙ iſtud ſit verum, apparet quia in .d.§. ſed nõ vſq;. ſolum fit mentio de antiquitate per quam pinguior erat natura fideicõmiſſorum quàm legatorum, de media autem iuris prudentia mentionem nullam habet.

Itaq; cum mentionem tantum fecerit de iure antiquo & de exæquatione per eum facta, mediam autem iuriſprudentiam omnino tacuerit, non poſſumus dicere ꝙ ideo ſibi attribuerit iſtã exæquationem, quia illam iam factam ordinauerit in modum regulæ, ſed quia nullo modo eſſet facta per ius antiquũ, & ſi cogitaſſet Iuſtinianus de media iuris prudentia, veriſimiliter de ea mẽtionem feciſſet ſicut fecit de iure antiquo .l. ſtichũ qui meus erit .ff. de lega.i.l. vnica .§. ſin autẽ ad deficientis.C. de cadu.tollen. Poſito autem ꝙ cogitauerit Iuſtinianus de media iuris prudentia, potuit eam ſibi attribuere reſpectu ordinationis & declarationis nõ reſpectu inuentionis, quia ipſe in vnam regulam ordinauit & declarauit adæquationem in varijs locis.

Secunda concluſio colligitur ex ſolutione Bart. & Doct. tenẽdo ꝙ attribuatur iſta exæquatio Iuſtiniano ex eo ſolum ꝙ in regulam colle-
115 gerit quæ diſperſa eſſent ꝙ licet † dicatur diſpoſitionem ita intelligi debere vt aliquid operetur .l.i. in prin. & ibi no.ff. quod metus cau.l.i. in fi. .ff. ad municip .l. ſi quando. in prin.ff. de lega.i. .c. ſi Papa de priuil. lib.6. Tamen ſatis dicit operari diſpoſitio quando remouet dubitationem reducẽdo rem ad regulam, nam licet in caſibus aliquarum legum fideicõmiſſa eſſent exæquata legatis, tamen lege nulla cautum expreſſe erat, ꝙ iſta adæquatio fideicõmiſſorum ad legata eſſet quoad omnia, licet ſecus econtra, Ideo poterat probabiliter dubitari an talis adæquatio egrederetur caſus dd. legũ & generalis eſſet quoad omnia. Quam dubitationem ſuſtulit Iuſtinianus faciẽdo adæquationem vniuerſaliter in.d.l.2.C. com. de lega. & in .d.§. ſed nõ vſq; inſti. de leg. & iſtam cõcluſionem, ꝙ diſpoſitio ſatis dicatur operari quando remouet dubitationem, voluit

Roma. in cóſi. 117. ex præmiſſa. col. 2. vbi quòd ſtatutum ſatis dicitur operari quando remouet dubium abſq; eo ꝙ cenſeatur corrigere ius commune. Idem voluit Alex. in conſi. 33. col. 2. poſt med. lib. i. vbi ꝙ quandoq; exprimitur quid ſpecialiter gratia tollendæ dubitationis, quia ad illud magis animaduertitur quàm ad illud ꝙ generaliter exprimitur. Tradit Abba. in. c. ſolite col. .4. de maiori. & obedi. quem refert & ſequitur Deci. in .c. & ſi clerici .§. de adulteriis. col. 4. in fin. de iudi.

Explicatam habemus illam difficultatē ꝙ Iuſtinianus non ſeruierit de vento ponendo materiam adæquationis per modū regulæ generalis, in qua difficultate abunde etiam tractata eſt materia adæquationis, Nunc Bart. reuertitur ad oppoſitionē glo. ꝙ imò non videatur facta adæquatio legatorum & fideicómiſſorum, ſeu ꝙ legata non videantur adæquata fideicōmiſsis propter differentias relatas in gloſ. In qua oppoſitione glo. dat tres ſolutiones quarum prima approbatur per Bar. & Doct. ꝙ illæ differentiæ eſſent de iure antiquo, ſed de iure digeſtorum aut de media iuris prudentia ſublatæ ſint. Sed quia poterat dubitari an iſtæ differentiæ inter legata & fideicómiſſa eſſent de iure antiquiſsimo duodecim tabul. quia gloſ. ſolum loquitur de triplici iure. Bar. latius docet diſtinguendo quatuor iura, & circa ius antiquius duodecim tabul. dicit Bart. ꝙ non erant iſtæ differentiæ, quia per. l. duodecim tabularum vnico verbo legandi concludebatur omnis diſpoſitio teſtamentaria; & verbo legandi generaliſsimo comprehendebantur inſtitutiones hæredum, legata, fideicómiſſa & omnia relicta, ob id de iure illo duodecim tabularum verbum lego non erat reſtrictum ad legata particularia, & ſic ipſa fideicómiſſa comprehendebantur ſub verbo lego & idem erat fideicómiſsū quod legatum, & ſi verbum lego comprehendabat etiam fideicómiſſa in vno & eodem modo aut in ſeipſo non datur differentia. c. ſi. de inſti. Sed poſtea reſtricta eſt ſignificatio verbi lego ad ipſa legata in ſpecie, per ſecundum ius antiquū. Deinde acceſsit ius digeſtorum, aut mediæ iuris prudentiæ mediæ inquam inter ius antiquum & nouum per quod ius medium introducta eſt adæquatio, quæ ipſa tamen clarius & magis in ſpecie declarata eſt per nouum Iuſtiniani ius ꝑ viā regulæ.

116 Circa primum ius. 12. tabula dum Bar. dicit † ꝙ eo iure ſub verbo lego comprehendebantur etiam fideicómiſſa. Ias. hic col. 8. poſt med. dicit iſtud dictum Bar. falſum, quia fideicómiſſa non erant inuenta de lege. 12. tabul. nec in .l. verbis legis .ff. de verbo. ſignifi. alleg. per Bar. aliquid dicitur de fideicómiſsis, & ꝙ non eſſent inuenta fideicómiſſa de iure. 12. tabul. adducit Ias. text. inſti. de fideicom. hæredi. in princip. & in .l. 2. col. 6. §. poſt deinde diuus Claudius .ff. de origi. iuris. Sed certe iſta iura hoc non probant, nam tex. inſtitu. de fideicom. hæredi. bene probat ꝙ fideicómiſſa ab initio non erant firma aut efficacia, quia pendebant à voluntate hæredis, ſed nō dicit ꝙ inuenta non eſſent de iure. 12. tab. Imò ille tex. retorqueri poteſt contra Ias. dum dicit ꝙ primis temporibus fideicómiſſa erant infirma, quia voluntaria, pondero illa verba primis temporibus, quæ videntur referri ad ipſum tempus quo ius ciuile primo eſt traditum, quia primum dicitur quod nihil antecedit, nam quod primū eſt, aliud ante ſe habere non poteſt. §. diſcipuli. in procemio digeſtorū. Similiter nō obſtat tex. in. d. §. poſt deinde diuus Claudius, quia ille tex. nihil dicit quo tempore prodita fuerint fideicómiſſa, imò præſupponit potius ꝙ antiquitus iam eſſent inuenta, Solum probat ille tex. ꝙ fideicómiſſa antea non eſſent efficacia aut contentioſæ iuriſdictionis cum fuerint adiecti prætores qui de fideicómiſsis ius dicerent. Præterea ſi intelligamus illum tex. ſecundum mentem Ias. ſequeretur ꝙ fideicómiſſa ſolum eſſent inuenta de tempore diui Claudii. Non obſtat dicta. l. verbis legis .ff. de verb. ſigni. quia conſiderandum eſt ꝙ attenta ratione Ias. etiam inſtitutiones hæredū, dationes tutelæ & libertatū non fuiſſent inuente de iure. 12. tabul. quia in verbis legis. 12. tabul. nihil dicitur de eis, ſed tantum dicitur. vti quiſq; legaſſet ſuæ rei, ita ius eſto. & verba illa quæ ſequuntur circa inſtitutiones, legata & c. ſunt verba iuriſconſulti exponentis verba illa. l. 12. tabu. & intentio iuriſconſulti exponentis nō fuit per illa verba expoſitiua reſtringere verba. l. 12. tab. ꝙ ſolum comprehenderent expreſſa in expoſitione, quia illa expreſsit gratia exempli, quod regulam non reſtringit. l. damni infecti ſtipulatio competit .ff. de dam. infe. l. i. §. quod dicitur .ff. de vi & vi arma. l. actionum .§. i. ff. de action. & obli. c. i. ne cleri. vel mona. Ideo exempla aſſumuntur non vt ita ſit, ſed vt ita intelligamus ſecundum philoſophum, quem refert Barba. inter conſ. Calca. in conſil. 27. col. 2. in princi. Ideo Bar. hic dum citat .d. l. verbis legis, & exprimit contenta in expoſitione circa verba ipſius. l. addit ſignum vniuerſale & omnia relicta, nimirum intellexit Bart. ꝙ illa expoſitio iuriſconſulti poſita fuerit gratia exempli non ob cauſam reſtringandi.

Conſidero tamen contra Barto. dum vult ꝙ iſtæ differētiæ inter legata & fideicómiſſa eſſent de iure. 12. tabula. quia illo iure ſignificatio verbi lego erat latiſsima, nam iſta ratio non videtur bona, quia licet verbum lego eſſet valde generale, tamen etiam in ſpecie capiebatur, vt probatur in. d. l. verbis legis. ff. de verb. ſigni. nā vnum verbum poteſt capi in genere & in ſpecie, vt in adoptione .§. i. inſti. de adoptio. Secundò con-

109

ſidero contra Bar. nam Bar. vult ꝙ fideicómiſſa-
uum eſſent de iure.12. tabul. Sed ꝙ differentiæ
inter legata & fideicómiſſa non eſſent de illo iu-
re, ergo ſequitur ꝙ ius.12. tabu. fuerit correctũ
per ius ſequens ante ius digeſtorum, quæ corre-
ctio non eſt veriſsimilis, & cum ſit ſacti, proba-
ri debet .l. in bello .§. factæ.ff. de capitu .l. quæ-
cunq; .ff.de publicia. Tertiò cóſidero cótra Bar.
nam vult ꝙ ſignificatio latiſsima verbi lego fue-
rit coarctata aut coanguſtata per ſecundum ius
antiquum, vt in .d.l. verbis in fin. Sed iſtud vi-
detur falſum, quia illa coanguſtatio ſolum facta
eſt reſpectu poteſtatis legandi reſtrictè per.l. Fal
cidiam, ita declarat tex. inſti. de lege Falcid. in
prin. Sequeretur etiam ex dicto Bar. ꝙ legata in
ſpecie non eſſent inuenta de iure.12. tabu. ſi nó
cœperunt differre à fideicómiſsis niſi de iure an-
tiquo poſt ius.12. tabu. & poſtquam ſignificatio
nem verbi lego reſtrictam dicit, quod eſt cótra
tex. in.d.l. verbis.l. vbi ꝙ de iure.12. tabu. ſigni-
ficatio verbi lego referebatur etiam ad legata.
Aduertendum eſt etiam dum Bar. conſiderat
quatuor iura & ponit ius antiquum poſt ius 12.
tabula. & ante ius digeſtorum, nam in contra-
rium videtur tex. in.l.1.2.&.3.ff. de peti. hæredi.
vbi ius digeſtorum immediate ponitur poſt ius
.12. tabul. & ſic melius videtur diſtinxiſſe gloſ.
tria iura.
117 Contra primam ſolutionem † glo. ꝙ iſtæ dif-
ferentiæ inter legata & fideicommiſſa eſſent de
iure antiquo, ſed ꝙ fuerint ſublatæ de media iu-
ris prudentia, adducuntur duo text. primò text.
in .§. præterea.inſtit. de fideicom. hære. & inſti.
de ſingul. rebus per fideicom. relic. Soci. hic di-
cit, ꝙ illa iura ſe referunt ad ius antiquum, prout
in eis dicunt glo.& ſic tex. in.d.§. præterea dum
dicit nó valeat, intelligitur ſcilicet de iure anti-
quo, ſimiliter text. inſti. de ſing. rebus per fide-
iuſ. relict. dum dicit quàmuis à legatario legari
nó poſsit exponi debet ſcilicet de iure antiquo,
& dicit Soc. ꝙ ita exponi debent dicta iura, quia
118 † receditur à proprietate verború vt cótrarietas
euitetur. arg.l.i.C. de inoff.do.c. cum expediat.
de elec. libr.6. Addo Geminia. in conſilio 122.
circa medi. vbi loquitur in verbis ſententiæ ꝙ
impropriantur vt contrarietas fugiatur. Tradit
Bar. & Doct. in.l.2.§. creditum.ff. ſi cer. pet. &
ſi ſit impropriatio in verbis ſententiæ vt fugia-
tur contrarietas, à fortiori in verbis.l. quia latior
admittitur interpretatio circa legem quàm cir-
ca diſpoſitionem hominis. Ias. in.l. diem functo
col.9. verſi. tertio pro iſta parte.ff. de offi. aſſeſ.
Sed iſta ſolutio non ſatisfacit; quia nó eſt veri
ſimile ꝙ Imperator voluerit impropriè loqui .l.
non aliter .ff. de legat.3.c. in noſtra. de iniur .c.
propterea de verb. ſigni. Secundò non eſt veriſi
mile ꝙ legiſlator voluerit impropriè loqui ſine
vlla vtilitate, nam quorſum attinebat referre ius
119 antiquum ſi iam erat correctum. nam † ius cor-
rectum amplius allegari non debet, nec præſu-
mendum eſt ꝙ quis ſenſerit aut intellexerit de
iure correcto .l. vni.§. hæc omnia .C. de veteri
iure enuclean. in prooemio .C. & in prooemio
decretal. Capra in conſi.70. col.3. in fi.
Ias. hic col.9. dat aliam ſolutionem peiorem
prima, ꝙ in cótrariis tempus pro tempore poni
tur, & ſic non valeant ideſt nó valebant, & quá
uis à legatario legari non poſsit ideſt non pote-
rat. Nec obſtant iura allegata in contrarium cú
ſuis glo. in quibus dicitur ꝙ tempus pro tempo-
re ponitur, quia in.l. ſi cum dies.ff. de arbitr. ver
bum finiretur ſtat propriè cum poſsit prorogari
tépus compromiſsi ante illud finitum, ideò glo.
ibi dicit ꝙ poteſt ſtare propriè. Nec obſtat ꝙ vbi
ſit prorogatio ante finitum terminum, dicitur
idem compromiſſum.l. ſed ſi manente.ff. de pre
car. & tamen text. ibi appellat ſecundum com-
promiſſum, quia regula.d.l. ſed ſi manente, nó
procedit in odioſis, ideo fideiuſſor datus in pri-
mo compromiſſo non tenetur in ſecundo .l. la-
beo.2.§.fi.ff. de arbit. Similiter in.l.3.§. hæc ver
ba .ff. de nego. ge. verbum moritur poteſt ſtare
propriè ſecundum glo. ibi, quæ etiam expoſitio
literæ magis conuenit. Non obſtat tex. in.l. nul
li.§. ſinautem perſona .C. de epi. & cler. vbi ver
bum oritur non poteſt accipi pro præſenti, ideò 121
gloſ. exponit ideſt ortus eſt, quia iſte eſt modus
loquendi circa verba ſignificantia natiuitatem
aut originem, ideò dicitur vnde ducis originem
vbi es oriundus, quia habetur reſpectus ad ipſam
originem non ad actum præteritum natiuitatis,
origo autem ſemper durat; Poterat Ias. allegare
text. in .l. quibus diebus .§. quidam Titio .ff. de
condi. & demon. vbi verbum moritur capitur
pro morietur, ſed illud eſt, quia futurum eſt om
nino certum, ideò ponitur in præſenti tanquam
iam ſit.
Quid dicendum? Soci. hic dicit ꝙ cum diffi-
cultate poteſt reſponderi ad iſta iura, melius lo-
cutus eſſet Soci. ꝙ difficile eſt reſpondere ad di-
cta iura. Propter hanc difficultatem moueri po-
tuit gloſ. hic ad dicendum, ꝙ aliquid detractum
fuit de verbis Vlpiani à compilatoribus, & ſequi
120 tur Cuma.hic. Cóſidera † quoad tex. in.d.§. præ
terea. ſi tolli poſsit difficultas ex verbo alioquin,
quia tex. non dicit ſimpliciter ꝙ legata non va-
leant ab inteſtato ſed alioquin nó valeant quaſi
illa dictio videatur importare idem quod olim.
Circa text. inſtit. de ſingu. rebus per fideicó.
relict. puto ꝙ adhuc hodie neceſſariò duret dif-
ferentia ꝙ à legatario legari non poſsit ſcilicet
eo modo quo ab hærede, nam quando ſimplici-
ter quid legatur alicui, cenſetur grauatus hæres
ſiue in teſtamento ſiue in codicillis legetur, ſed
legatarius non cenſetur in dubio grauatus niſi
expreſsè dictum ſit, quia fideicommiſſarius aut

legatarius particularis non tenetur ad onera, vt
habetur in .l. quotiens .C. de hæredit. inſti. Sed
non placet quia tex. generaliter dicit quamuis à
legatario legari non poſſit. præterea denegat
omnino potentiam. Conſiderò quòd ius inſtitu-
tionum dicitur poſterius iure .C. Bart. in .l. qui
ſe patris .C. vnde lib. Ias. hic col. 8. in fin. vnde
cum iure. C. iam eſſet declarata & ordinata ad
modum regulæ in omnibus & per omnia, ſi vo-
lumus dicere ꝙ per dicta iura inſtitutionum du-
rent illæ differentiæ, ergo neceſſariò corrigitur
ius. C. ſed correctio non inducitur niſi expreſsè
agatur .l. ſancimus .C. de teſta. l. percipimus. in
fin. C. de appella. Sed Imperator in dictis iuribus
inſtitut. non inducit aliquam correctionem de
nouo, ſed præſupponit ius ante deciſum, ergo
neceſſe eſt intelligere de iure antiquo ante ex-
æquationem. Conſidero etiam, verum eſſe ꝙ à
legatario legari non poteſt etiam hodie eo mo-
do quo legatur ab hærede vt ius ſtatim tranſeat
in ſecundum legatarium .l. Imperator. in princ.
infra tit. primo, & infra latius videbimus, ob id
cum requiratur factum hæredis dicitur fideicom
comiſſum. Nec obſtat, ꝙ adæquatio dicatur vni
uerſaliter facta, quia illud procedit in compati-
bilibus. glo. & Doct. in .c. 1. ne ſede vacan. & ſu
pra eſt dictum.

121 Secundò contra iſtam ſolutionẽ † glo. ꝙ iſtæ
differentiæ inter legata & fideicõmiſſa eſſent de
iure antiquo, ſed ꝙ adæquatio facta fuerit de me
dia iuris prudentia ideſt de iure digeſtorum, ad-
ducit Cuma. tex. in .l. illud. §. tractari .ff. de iure
codicil. vbi apparet, ꝙ legata de iure digeſtorũ
in codicillis fieri non poſſunt, nam ſi fieri poſsẽt
in codicillis non diceret tex. ꝙ præſumitur diſ-
ponentem voluiſſe teſtari non codicillari ex eo
ꝙ ab inſtituto legata reliquit.

Ad illum tex. reſpondet Alex. ꝙ ibi non dici
tur ꝙ legata in codicillis dari non poſſunt, ſed
tãtum ꝙ hæreditas dari poteſt in codicillis, imò
excepta datione hæreditatis, quę poſſunt fieri in
teſtamento, poſſunt etiam fieri in codicillis te-
ſtamento confirmatis, quæ cõfirmatio in dubio
præſumitur .l. 3. cum glo .ff. de teſta. tu. Sed iſta
ſolutio Alexan. non videtur bona, quia ſi inten
tio diſponentis arguitur ꝙ voluerit teſtari pro-
pter legata, ergo apparet ꝙ legata pertinent ad
cauſam teſtamenti & in teſtamento tantum fieri
poſſunt, nam ſi fieri poſſent in codicillis, quo-
modo diceret text. ꝙ præſumitur diſponentem
voluiſſe teſtari faciendo legata. Nec obſtat ꝙ il
le tex. loquitur in codicillis teſtamento confir-
matis, quo caſu perinde habetur ac ſi in teſtamẽ
to legata eſſent relicta, quia fateor, ſed per hoc
non ſequitur ꝙ voluerit teſtari niſi inſtituatur
hæres, & ſic ſola legata non arguerent animum
teſtandi. Itaq; arguendo animum teſtandi ex le
gatis, apparet ꝙ legata non poſſunt fieri niſi in
teſtamento. Aliam ſolutionem vltra Alc. tradit
Ias. hic col. 9. ſed fuit ſolutio Soci. ꝙ tex. in d. §.
tractari. non dicit ꝙ diſponens cenſeatur voluiſ-
ſe teſtari ex eo ſolum ꝙ legata fecerit, ſed quia
legata reliquit ab hærede ſcripto in codicillis, nã
ſi voluiſſet codicillari non reliquiſſet ab hærede
ſcripto ex quo inſtitutio nõ tenebat ſed ab hære-
de legitimo, & ſi dicatur imò potuit relinquere
ab hærede ſcripto ex quo virtute clauſulæ codi-
cillaris hæreditas illi reſtituitur, reſpondet Soci.
ꝙ hæres ſcriptus non tenebitur in ſolidũ, ſed pro
dodrante & hæres legitimus pro rata Trebellia-
ńe, ob id cum diſponens intellexerit ꝙ hæres ſcri-
ptus ſolidum preſtaret, dicendum eſt ꝙ voluerit
teſtari non codicillari.

Sed iſta ſolutio Soc. & Ias. non videtur bona,
nam ea antea ſequeretur ꝙ ſemper ſcribens hære-
dem cenſeatur teſtari non codicicillari, quia in-
tentio ſcribentis hæredem eſt ꝙ ipſe ſcriptus hæ
res habeat ſolidum, hæres autem legitimus ex-
cludatur.

Ideò puto ꝙ alius ſit intellectus illius tex. nam
text. ibi non ſe fundat ſimpliciter ſuper legatis,
ſed etiam ſuper ſubſtitutione vulgari, per quam
euidẽter videtur apparere ꝙ voluerit teſtari nõ
codicillari, quia dando ſubſtitutum vulgarem
apparet ꝙ vbi hæres ſcriptus hæres eſſe non poſ-
ſet, noluit venire hæreditatem ad hæredem legi
timum, ſed ad ſubſtitutum; plane ſi intentio te
ſtatoris fuiſſet codicillari voluiſſet ꝙ veniret hæ
reditas ad hæredẽ legitimũ nequaquã ſubſtitutũ
vulgarem dediſſet. Et ille tex. in d. §. tractari, eſt
notabilis ad hoc, declarans quando quis dica-
tur velle teſtari & quando codicillari, ad quem
text. non aduertit Soci. in .l. centurio. col. 17. in
fin. ff. de vulgar. vbi aliter conatus eſt declarare
quando præſumatur quis voluiſſe teſtari aut co-
dicilari.

Hic tamen aduertendum in quantum dicitur
ꝙ de iure antiquo ante mediam iuris prudentiã
ſeu ante ius digeſtorum legari non poterat in
codicillis, iſtud intelligitur in codicillis factis ab
122 inteſtato nullo condito teſtamento, quia † vbi
fiunt codicilli condito teſtamento & per ipſum
teſtamentum confirmati quicquid relinqui po-
teſt in teſtamento, relinqui poteſt & in codicil-
lis (excepta cauſa inſtitutionis) quia codicilli cõ
firmati cenſentur ineſſe in ipſo teſtamento con
firmante .l. 2. §. i. & §. fi. & .l. ab inteſtato .ff. de
iure codi. qui tex. in d. §. i. iudicio meo male in-
telligitur per glo. & Doct. ibi vt meritò dubita-
uerit Ioan. gloſator in poſitione caſus ſecundũ
gloſ. ibi. in ver. ſi cum teſtamentum. Sed puto
hunc eſſe verum ſenſum, nam codicilli depen-
dent à teſtamento à quo confirmantur, ideò ab-
ſurdum videtur, poſſe fieri in codicillis confir-
matis, quod in teſtamento confirmante fieri nõ
poſſet, & ſic ꝙ plus iuris habeat confirmatum
quàm

quàm confirmamus. Vnde capiendo primum caſum quando tempore teſtamenti ſeruus erat teſtatoris tempore autem codicillorum alienus, ideò libertas directa relinqui non poteſt in codicillis, quia etiam in teſtamento ſi tunc fieret relinqui non poſſet. Nec obſtat ꝙ tempore teſtamenti ſeruus erat teſtatoris & ꝙ tunc potuiſſet dare ob id ꝙ datio libertatis videatur retrotrahi, quia reſpondeo ꝙ retrotrahitio fieri non poteſt propter inhabilitatem extremi à quo cum ſeruus ſit alienus. Similiter capiendo ſecundum caſum quando tempore teſtamenti ſeruus erat alienus, & tempore codicillorum erat proprius teſtatoris, ideò non tenet libertas directo data quia non poteſt tenere niſi ex confirmatione teſtamenti, ſed in ipſo teſtamento confirmante quando conditum eſt, talis libertas directo relinqui non potuiſſet, ergo multo minus in in confirmato, & ſic etiam iſto ſecundo caſu intelligitur data libertas alieno ſeruo habita ratione confirmantis, quia tempore actus confirmantis ſeruus erat alienus, & ſi dicatur quare cõfirmans ideſt teſtamentum non trahitur ad tẽpus confirmati vt fingatur conditum teſtamentum tempore codicilorum? Reſpondeo ꝙ confirmatum bene poſſet trahi ad tempus cõfirmantis quando de nouo poſſet confirmans facere, ſed ꝙ confirmans habens ſuum tempus determinatum trahatur ad tempus confirmati hoc videtur abſurdũ, & impoſsibile, quia eſſet robur & vires petere ab eo qui non habet, itaq; quando Doct. diſputant an legata de iure antiquo fieri poſſent in codicillis, intelligunt de codicillis qui fiunt ab inteſtato, quia vbi fiunt condito teſtamento vana & ſuperflua redditur quæſtio, nam dicuntur tunc relicta in teſtamento, à quo dependent codicilli.

123 Sed hic dicet aliquis † ſi relicta in codicillis dicuntur relicta in teſtamento, quando fiunt codicilli condito teſtamento, quare etiam hæreditas in codicillis dari non poteſt, nam perinde videtur ac ſi in teſtamento data eſſet? Reſpondeo ꝙ iſtud eſt impoſsibile, quia dando alium hæredem in codicillis reuocaretur datio hæreditatis facta in teſtamento, & ſic teſtamentum fieret nullum, quo caſu non poſſent codicilli per teſtamentum confirmari.

124 Et circa hanc confirmationem † codicillorũ per teſtamentum, aduertẽdum eſt quòd ſi fiant codicilli ab inteſtato, non quæritur tunc de aliqua confirmatione, ſed valent ab inteſtato, & hæres legitimus tenetur implere contenta in ipſis codicillis. l. ab inteſtato. ff. de iure codicil. vbi vero fiunt codicilli condito teſtamento de iure digeſtorum erat differentia circa confirmationem an fierent ante teſtamentum vel poſt, nam ſi ante, non confirmabantur per teſtamentum ſequens niſi expreſsè cautum eſſet. l. ante tabulas. ff. de iure codicil. §. non tantum. inſti. de codicil. Sed vbi fiebant codicilli poſt teſtamentum, confirmabantur ipſo iure ſine alia confirmatione expreſſa. l. ii. §. fi. l. ſi quis cum nullum. §. teſtamento. ff. de iure codicil. Ratio diuerſitatis erat, quia vbi codicilli fiebant ante teſtamentum per teſtamẽtum ſequens videbatur receſſum à prio voluntate. §. i. inſti. quibus mo. teſta. infir. cum ſimil. quæ ratio non militat quando codicilli fiunt poſt teſtamentum, ſed iſtud quòd codicilli facti ante teſtamentum non valeãt niſi expreſsè confirmentur per ipſum teſtamentum ſequens, correctum eſt per ius nouum, quia ſemper cenſentur cõfirmati niſi in teſtamento ſequenti reuocentur. d. §. non tantum. inſti. de codicil. Ratio correctionis eſt, quia per ſequentem voluntatem nunquam receditur à prima niſi quatenus neceſſariò inferatur, aut detur repugnantia, vt per Moder. i. l. pacta nouiſsima. C. de pactis, ſed codicilli præcedentes & teſtamentum ſequens poſſunt ſimul ſtare quando diſpoſita in codicillis non mutantur in teſtamento ob id quod nũ mutatur cur ſtare prohibetur? l. ſancimus. C. de teſtam. l. præcipimus. in fin. C. de appella.

125 Non omitto † circa præmiſſa dum glo. conſiderat tria iura tantum Bar. autem quattuor, ꝙ pro glo. videtur tex. in. l. i. iuncta. l. iii. in fi. ff. de peti. hæredi. vbi non datur medium inter ius. 12 tab. & digeſtorum, imò ius digeſtorum appellatur nouum ius.

126 Circa oppo. glo. & Bar. quòd videtur † adhuc hodie differentia inter libertatem directam, & fideicõmiſſariam, inter hæreditatem fideicommiſſariam, & relictam titulo legati, quatuor habentur ſolutiones. Prima ipſius glo. quòd iſta differentia ſit quo ad vſum nominis tãtum, quia adhuc hodie dicitur libertas directa & fideicõmiſſaria ſed non quoad effectum iuris, Idem tenet glo. in. §. ſed non vſq;, inſtit. de lega. & in. l. ii. in ver. actiones. C. com. de lega. dum dicit correctam eſſe. l. cum vero. §. apparet. ff. de fideicõ. liber. Sed iſta prima ſolutio glo. communiter damnatur per Bar. & Doct. hic, & contrarium eius quod hic, tenet glo. in. l. cum inter veteres. C. de fid. liber. vt hic per Iaſ. col. 10.

Sed Rippa hic col. 7. nu. 23. dicit quod Bar. inaduertẽter allegauit glo. in. d. l. ii. quæ vult quòd imò ſit differentia inter libertatem directam, & fideicõmiſſariam, mirandum eſt de Rippæ temeritate qui glo. non lecta in ea parte in qua allegatur per Bar. auſus fuerit Bar. arguere, nam glo. in ſequentibus ſubdit ꝙ dici poteſt correctã eſſe. d. l. cum vero. §. apparet. à ceſſante ratione eius quod proximè dixerat ideſt legatum à primò legatario ſtatim non tranſire in ſecundum, quia ſi tranſiret, primus legatarius reperiretur ſine commodo conſequenter grauamen non teneret. Sed iſta ratio dicit glo. ceſſat quando ab hæ

ſtede relinquitur fideicõmiſſaria libertas ſeruo, quia remanet hæres honoratus aliunde cum habeat alia iura & commoda hæreditaria, ideò cõtra Rippam non ſolum obſtat.l. in ciuile.ff. de legibus, ſed etiam temeritas ꝙ non reſpexerit ad verba Bar. dum dixit gloſſam illam dicere correctam eſſe.d.l.cum vero.§.apparet.

Secunda fuit ſolutio Dyn. ꝙ iſta exæquatio facta eſt inter legata & fideicommiſſa pecuniaria & ſingularia, per quam ſolutionem declinatur vtrunque contrarium libertatis & fideicommiſſorum vniuerſalium quibus legata non adæquantur. Iſtam ſolutionem Dyn. ſequũtur Bar. & Saly. ſimpliciter in.l.i.C.commu. de lega. ſed eam reprobant Bar. & Doct. hic cõmuniter, & licet non bene declarent. Dic ꝙ Dyn. male dixit ſequentibus fundamentis. Primò, quia ſecundũ ſolutionem Dyn. ſequeretur ꝙ legata nunquã eſſent exæquata fideicommiſſis vniuerſalibus, & tamen iſtud eſt falſum, quia legata vniuerſalia ſunt exæquata fideicõmiſſis vniuerſalibus, vt hic per Bar. & Doct. cum etiam † in legatarium

127 vniuerſalem tranſeant iura & actiones actiuè & paſſiuè.l.cum filius.§.Lucio.l.cum pater.§.menſe.&.l.ſi quis ſeruum.§.fi.cum.l.ſeq.ff. de lega.ii. .l.mulier.§.fi. vbi glo.& Doct.ff. ad Trebel. ſicut tranſeunt in fideicommiſſarium vniuerſalem.l. reſtituta.ff. ad Trebellia.

128 Secundò reprobatur † iſta ſolutio Dyn. quia ſolum diuerſificat caſus, non reddita ratione diuerſitatis, ſecũdum Alex. hic col.7. in prin. quod non ſufficit glo. in.l. ſed & ſi lege.§.item ſi rem diſtraxerit.ff. de peti. hæredi. nam ratio dicitur lex communis ad omnes caſus.c. intelligẽtia de ver. ſigni..c. cõſuetudo.i.diſt. Calderi. in conſi. .i. in tit. de regula. ob id diuerſificanda eſt ratio non adducenda diuerſitas caſuum, & ſic oportebat Dyn. reddere rationem diuerſitatis cur ſecus in legatis, aut fideicõmiſſis pecuniariis, quã libertatis, imò videmus æquiparari legatum pecuniarium fideicommiſſo libertatis quando eadem eſt ratio in vtroq;, vt quia legatur res aliena, aut hæredis, vt hic per Bar. & Doct.

Tertiò contra iſtam ſolutionem Dyn. Rippa hic col.7. nu.24. adducit text. in .l. generaliter in prin.ff. de fideicom. liber. qui tex. nihil facit, quia loquitur de fideicõmiſſo libertatis & pecuniario, ꝙ æquiparantur, vt is poſſit relinquere libertatẽ fideicõmiſſariam qui poteſt relinquere fideicommiſſum pecuniarium, ſed non de hoc loquimur vtrum fideicõmiſſum libertatis differat à pecuniario vel contra, ſed loquimur an ſit differentia inter legatum & fideicommiſſum, inter legatũ libertatis, & fideicõmiſſum libertatis.

Quartò colligitur reprobatio ſolutionis Dy. ex verbis Bar. in ſua ſolutione vbi Bart. præſupponit ꝙ etiam libertas fideicommiſſaria ſtatim tranſeat quando noluiſſet teſtator ius patronatus hæredi acquiri, & tamen ſecundum Dy. ſemper eſſet differentia inter legatum & fideicommiſſum libertatis, nec in fideicommiſſo libertas vnquam tranſiret immediatè, ſed ſolutionẽ Bar. inferius impugnamus in ſeptima ſolutione quã damus ad contrarium.

Tertia fuit ſolutio Petri, ꝙ exæquatio intelligitur facta de legatis ad fideicommiſſa in his in quibus circuitus fideicommiſſorum erat inutilis, ꝙ non tranſiret ius ſtatim in fideicommiſſarium

129 prout in legatarium, Sed in fideicommiſſo † libertatis circuitus eſt vtilis propter ius patronatus in fideicommiſſo libertatis, ſimiliter in fideicommiſſo hæreditatis ꝙ ius ſtatim non tranſeat, circuitus eſt vtilis propter retentionem quartæ Trebellianicæ. Addo tertiam vtilitatem vltra Petrum propter quæſita medio tempore per ſeruũ ante manumiſſionem, quam vtilitatem conſiderat Sali. in.l.ii.col.ii. ante med.C.com. de leg. per.l. ſi quis ſeruo infra.tit.i. quæ vtilitas procedit ante moram heredis, quia poſt moram omnia reſtitui debẽt ſeruo facto libero, vt expreſsè dicitur in.d.l. ſi quis ſeruo. Ex qua ſolutione Petri concluſio colligitur ꝙ adæquatio legatorum & fideicommiſſorum vniuerſaliter facta reſtringitur vt non comprehendat ea in quibus diuerſitas vtilitatem afferre poteſt, quod eſt no. ad.l. Iulianus.ff. de lega. tertiò.

Iſtam ſolutionem Petri ſequuntur Bar. & Salic. in.l.i.&.ii.C.com. de lega. vt hic per Alexan. col.7. eam etiam ſequuntur Imol. Alex. & communiter Moder. vt hic per Iaſ. col.ii. in prin. Sed eam reprobat Bar. hic, quia ea attenta ſequeretur ꝙ etiam in aliis legatis & fideicommiſſis remanere deberet differentia quotiens circuitus vtilitatem afferre poſſet, quæ vtilitas poteſt conſiderari in retentione iuris ſeruitutis aut alterius competentis hæredi in re legata, quod hæres cõſeruare poteſt antequam reſtituat ſi capiendum ſit de manu eius, vt in.l. Papinianus.ff. de ſerui. & in.l. ſi. ſeruus Titii. infra. eo. Similiter vtilitas conſiderari poteſt in euaſione pœnæ.l. Impera-

130 tor.§.r.ff. de lega.ii. Circa.†.quas.ll. Papinianus. & ſi ſeruus Titii. aduerte dum glo. intelligit in legato conditionali aut in diem, vt habeant dubium eſſe poterat etiam in legato puro quaſi teſtator cenſeatur legaſſe etiam ius hæredis. iuxta .l. vnum ex familia.§. ſi rem.ff. de lega.ii. Similiter dum tex. in.d.l. ſi ſeruus Titii. ſi. videtur ampliare primum caſum.l. vt procedat etiam in damno dato adita hereditate, nam imò tunc videtur minus dubium, quia dici non poteſt ꝙ cenſeatur teſtator voluiſſe legare ius hæredis, quod nondum competebat neq; competiit in vita teſtatoris, ſed Doct. ſequuntur iſtam ſolutionem Petri, Nec obſtat fundamentum Bar. ꝙ idem eſſet in aliis fideicommiſſis. in quibus circuitus eſſet vtilis, quia Petrus intellexit de vtilitatibus ordinariis

ordinariis & cõmuniter accidentibus, prout in iure patronatus, ſed vtilitates Bar. ſunt extraordinariæ & caſuales, vt hic per Iaſ. col. 10. in fi.

Confirmo licet Iaſ. & Doct. non dicant iſtã 131 reſponſionem contra Bar. nam regulam † iuris habemus, ꝙ ea quæ caſualiter contingunt, non habentur in conſidrratione. l. quæſitum. in prin. &. §. fi. ff. de lega. iii. l. generalis. §. vxori. ff. de vſu fruc. lega. l. i. vbi Iaſ. poſt alios. C. de verb. ſigni. Deci. in conſi. 472. col. 3. in tertio dubio, ideò ſi nauis caſualiter impellitur in aliquem locum, non ex propoſito, gabella ibi non ſoluitur. Bal. in conſi. 54. quæritur an Florentini. lib. 4. imò contra Bal. facit tex. quem ipſe allegat pro ſe cõtra Petrũ in. d. l. Imperator. §. i. vbi tex. expreſſè vult ꝙ vtilitates caſuales, de quibus ibi, ſi legatarius ex pecunia legata quæſtum magnum facit, aut pœnam euadit, non habeantur in conſideratione vt per eas grauari legatarius poſſit, & ſic tex. ille retorquetur licet Docto. non dicant.

Secundò reſpondeo ad fundamentum Bart. contra Petrum ſuſtinendo ſolutionẽ Petri, nam Petrus habuit reſpectum ad vtilitatem circuitus quæ peritura eſſet, niſi dato circuitu, & impeditus ſit tranſitus liberatis ipſo iure, ſed iſta iura ſeruitutum non pereunt licet tranſeat dominiũ rei legatæ ipſo iure, imò retorquetur fundamẽtum Bar. contra eum, nam Bart. vult vtile eſſe hæredi ꝙ fideicommiſſum particulare ſtatim nõ tranſeat propter conſeruationem ſeruitutis aut alterius iuris, quod extinguitur, aut cõfunditur per aditionem hæredis cum res ſua nemini ſeruire poſſit. l. vtifrui. ff. ſi vſusfru. peta. cum ſimil. ſed imò videtur vtilius hæredi ꝙ dominium ſtatim tranſeat, quia tunc non inducitur confuſio ex quo dominium nunquam fuit acquiſitũ hæredi, vt voluit glo. in. d. l. Papinian. & in. d. l. ſi ſeruus Titii. dum intelligit tex. in legato conditionali aut in diem, & ita contra Bar. retorquent Moder. vt hic per Rippam num. 25. & licet Rippa impugnet, tamen ad impugnationem Rippæ ſtatim ego reſpondeo. verſic. hic tamen aduertendum.

Tertiò reſpondeo ad fundamentum Bart. ꝙ imò iſte circuitus in aliis fideicõmiſſis eſſet inuti- 132 lis, quia licet † tranſeat dominium in legatariũ, non tamen tranſit poſſeſſio. l. cum hæredes. ff. acquir. poſſeſſ. Alex. hic col. ii. in fin. nu. 26. & in. l. ſi mora col. 2. ff. ſolu. matri. ideò cum habeat hæres rem aut eius poſſeſſionẽ, & ius ad rem, poterit retinere donec conſecutus fuerit ius ſuum, vt per Paul. de Caſtr. in. d. l. ſi ſeruus Titii, per Alex. hic poſt Imol. col. 7. circa med. verſi. & dum Bar. allegat.

133 Hic tamen † aduertendum circa gloſ. in. d. l. Papinianus & in. d. l. ſi ſeruus Titii, dum voluit confuſionem non induci quãdo dominium ſtatim tranſiret ex quo dominium rei nunquã fuiſſet penes hæredem, nam contra illam glo. tenet Rippa hic num. 25. quia ſaltem dominium vniuerſalitatis fuit apud hæredem licet non rei particulariter alii legatæ per gloſ. in. l. ſi hæredis ſeruus infra eo.

Sed argumentum Rippæ procederet ſi ageretur de iure vniuerſali, ſed cum agatur de iure particulari vnius rei, res illa conſideranda videtur non ipſa vniuerſitas, nam aliud eſt particularitas, aliud vniuerſitas. §. vniuerſitatis inſtit. de rerum diuiſio. l. deprecatio. ff. ad legem Rho. de iactu. ideò quando agitur de aliquo iure particulari, rem ipſam particularem inſpicere debemus tanquam ſeparatam & abſtractam ab ipſo vniuerſali cum ſeparatorum ſeparata debeat eſſe ratio. l. fin. ff. de calumnia. l. Papinianus exuli. ff. de minor. cum ſimil. Secundò contra Rippam conſidero ꝙ vbi res particularis fuit in ſpecie alteri legata, virtus vniuerſalitatis operari non debet circa illã rem abſtractam à ſuo genere, quia generalis prouiſio non trahitur ad ea in quibus ſpecialiter prouiſũ eſt. l. doli clauſula. ff. de verb. obliga. Tertiò cum ſpecies deroget generi. reg. generi. lib. 6. dico, ꝙ ipſa res in ſpecie legata cõſiderari debet, non ipſum ius vniuerſale hæreditatis, aliàs ſequeretur quod poſſet hæres ratione iſtius vniuerſalitatis hypothecare rem alteri legatam, aut in ea ius alii conſtituere.

Quartò dico, ꝙ glo. in. l. ſi hęredis ſeruus. infra eo. per quam mouetur Rippa, reprobatur vt per Paul. de Caſtro ibi.

Ex præmiſſis infertur, ꝙ expoſitio Petri eſt vera, adæquationem eſſe factam in his tantum in quibus circuitus erat inutilis, nec ex tali expoſitione ſequitur abſurdum conſideratum per Bar. ꝙ remaneret differentia in aliis legatis in quibus verſarentur vtilitates à Bar. cogitatę, quia tales vtilitates non habentur in conſideratione. tanquam caſuales. Sed iſtam ſolutionem Petri ego impugno infra in ſeptima ſolutione quã trado ad hanc ſecundam oppo. Bar.

Hic tamen aduertendum ad duo circa vtilitatem Petri in fideicõmiſſo hæreditatis propter retentionem quartę Trebellianicę. Primò vult Petrus quòd ideò fideicõmiſſum ſtatim non tranſit ſine reſtitutione vt ſit locus retentioni quartæ, & conſequenter, ꝙ ſi tranſiret quarta retineri non poſſet. Sed iſta vtilitas non videtur conſiderabi- 134 lis, quia Trebellianica † videtur reſecare ipſo iure fideicommiſſum vniuerſale, ſicut falcidia reſecat ipſo iure legata particularia. l. Plãcius. ff. ad legem Falci. conſequenter hæredis intereſſe non videtur ꝙ tranſeat dominium in fideicommiſſarium vniuerſalem, ex quo illud nõ tranſit pro parte reſecata, & ſic pro quarta Trebellianica, vt declarat Paul. de Caſt. in. l. i. in fi. C. ad legem Falci. & ita arguit Imol. in. l. nõ amplius. §. fi. col. ii. ff. eo. ſequit Crot. hic col. 8. in fi. nu. 17.

Sed Iaco. Nigri. hic col. 16. tenet ꝙ imò Tre-
bellianica non reſecat ipſo iure, allegat Politũ
in repe.l. filium quem habentem col.42. in quar
ta differentia, C. famil, her. cum non reſecet ip-
ſo iure ſi ſtatim tranſiret dominium fideicõmiſ-
ſi vniuerſalis, amplius detrahi non poſſet. Sed
aduerte, quia licet trãſiret dominium tamen cũ
poſſeſsio remaneat apud hæredem nihil impedit
quominus Trebellianica poſsit reſecare illud do
minium, & hæres illum detrahere, item attenta
iſta ratione ſequeretur quod dominium in fidei
commiſſo vniuerſali ideò non tranſeat vt quarta
retineatur, quæ ratio non videtur probabilis vt
inferius videbimus.

Secundò aduertendum eſt circa iſtam vtilita-
135 tem Petri, quia videtur † præſupponere quod
quarta detrahatur ſecundum voluntatem teſta-
toris dum dicit quod in fideicommiſſo libertatis
circuitus eſt vtilis propter ius patronatus, & in
fideicommiſſo hæreditatis propter retentionem
quartę, & ſic videtur velle quod vtrunq; com-
petat ſecundum voluntatem teſtatoris. Et idem
quod detrahatur Trebellianica ſecundum volũ-
tatem teſtatoris tenet Imol. hic. Ioa. de Ana. in
conſi.67. Corn. in conſi.305. col.4. lib.4. Cur-
tius Senior in conſ.76. col. 5. Deci. in conſ. 257.
col.fi. Rippa in .l. nemo poteſt col. 10. in princ.
infra eo. & in.l.i. in prin. col.3. in fin.ff. ad Tre-
bellianum.

Sed in contrarium, quod detrahatur Trebel-
lianica contra volũtatem teſtatoris videtur tex.
in .l. Titia, vbi Alex. in primo nota.ff. ad legem
Falci. Idem tenet Bar. in conſi.14. an ius agen-
di col.i. in fi. Paul. de Caſt. in .l.i. in prin. C. ad
leg. Falci. & in conſi.109. dubia in quibus quæ-
ritur. col.i. poſt med. & col.2. ante med. verſi.
& poſito quod petens. lib.i. Sali. in .l. cum quis
col.2. circa prin. C. de iuris & facti ignor. Alex.
in conſi.139. col.i. lib.i. Curtius Senior in conſ.
vltimo, vbi atteſtatur hanc eſſe communem opi
nionem. Idem tenet Soci. in.l.i.§. ſi heres col.2.
in vltimo no. & in .l. Marcellus .§.i. col.3. circa
med. verſi. & maxime quia dicit.ff. ad Trebellia.
Corn. ſibi contrarius in conſil.22. col.8. in fin.
verſi. & maxime quia Falcidia lib.2. Iaſ. in hac.l.
.i. col.10. in fin. vbi Crotus col.8. in fin. Rippa
ſibi contrarius in.l. in quartam col.22. nu.114.
infra ad legem Falci. ex quibus apparet iſtã opi-
nionem eſſe cõmunem.

Quarta ſolutio ad oppo. glo. fuit Bart. hic ꝙ
imò data paritate terminorum non ſit differen-
tia inter legatum & fideicommiſſum libertatis,
& quod exæquatio legatorum & fideicõmiſſo-
rum ſit facta etiam in his in quibus circuitus eſt
vtilis contra Petrum, conſequenter quod idem
ſit in libertate quod in aliis fideicõmiſsis & lega-
tis, nam in libertate relicta per fideicommiſſum
ius ſtatim non tranſit ratione impoſſibilitatis cũ
aliter hæres ius patronatus efficax conſequi non
poſsit niſi manumittat, licet ſit filius, vt hic per
eum. hic aduertendum dum Bar. allegat tex. in .l.
ſeruo in fi. infra eo. ad probandum ꝙ teſtator re
linquens hæreditatem per fideicommiſſum vo-
luit prouidere hæredi in iure patronatus illa.l. ni
136 hil facit, ſed voluit † allegare tex. in. d.l. ſi quis
ſeruo infra tit.i. quem tex. ad hoc citat Sali. in. d.
.l.ii. col.ii. C. com. de lega. cuius tex. ratio dubi-
tandi erat quia relictum pecuniæ cedebat ſtatim
à morte teſtatoris. l. à Titio.ff. de furtis, & infra
videbimus, ſed tempore mortis teſtatoris lega-
tarius erat incapax quia ſeruus, requiritur autẽ
capacitas tempore cedentis legati. l. cum ita lega
tur.§.fi. infra tit.ii.l.v. in fi.ff. quan. dies lega. ced.
imò in legato puro requiritur capacitas tempo-
re teſtamenti.§. an ſeruo. inſti. de legat. nec vi-
debatur conualidari legatum ex libertate ſuper-
uenienti, obſtante regula Catoniana. d.§. an ſer
uo. ſed ratio decidendi eſt, quia legatum pecu-
niarium non ſtatim cedit à morte teſtatoris pro
pter fideicommiſſum libertatis, nam cum liber
tas competat ſolum ab adita hæreditate cum an-
tea hæres manumittere non poſsit, etiam aliud
legatum pecuniarium cedit ab adita hæreditate,
& ſimul cum legato libertatis, aut eodem modo
vt eadem fiat determinatio, & declarat Sali. in
.l. vnica. §. libertatibus. C. de cadu. tollen. quod
nota pro ampliatione regulæ. l. iam hoc iure.ff.
de vulga. vt procedat etiam in duobus & diuer-
ſis legatis vt pariter debeant determinari quan-
do aliàs vnum ſine altero non valeret.
Sed contra iſtam rationem aut ſolutionem Bar.
quare libertas nõ ſtatim tranſeat ſine manumiſ-
ſione hæredis opponit Iaſon. hic. col.15. nu.49.
quia imò cauſatiuè ius libertatis eſt apud teſtato
rem vt illud ſtatim transferre poſsit ſine manu-
miſsione hæredis, ergo debet recta via tranſire
in fideicommiſſarium, nec obſtat ratio Bar. ꝙ
teſtator intendit prouidere etiam hæredi circa
ius patronatus, cui prouiſum non eſſet ſi ſtatim
tranſiret libertas, quia reſpondet Iaſ. ꝙ commo
dum hæredis venit in conſequentiam, quia prin
cipaliter intendit teſtator prouidere ſeruo vt li-
ber fiat, ergo commodum hæredis quod venit
in conſequentiam non debet impedire tranſi-
tum libertatis.

Sed iſta impugnatio Iaſ. nihil valet, quia fa-
teor ꝙ teſtator poteſt ſtatim dare libertatem ſer
uo ſi velit, ſed non vult, ex quo dat libertatem
ſeruo per fideicõmiſſum rogando hæredem vt
manumittat.

Secundò conſidero contra Iaſ. nam Iaſ. dicit
ꝙ teſtator poteſt ſtatim cauſare libertatem ſi ve
lit; fateor ſed Bar. nõ loquitur in libertate quin
ſtatim poſsit dari, ſed loquitur in iure patrona-
tus quod ĩmediatè produci nõ poteſt niſi medio
manumiſsionis vt ſit ius patronatus efficax ac po-
tens

tens, de quo in. l. ſi filius. §. i. ff. de fideicom. liber.

Tertio reſpondeo, nam ꝙ dominium aut ius legati ſtatim tranſeat, hoc fuit inductum fauore teſtatoris, quo celerioem executionem voluntas eius habeat, ob id non deber operari tranſitus contra voluntatem teſtatoris, quod fieret ſi libertas fideicōmiſſaria ſtatim tranſiret priuato hærede contra intentionem teſtatoris, etiam etiam in conſequentiam fieri quid non debet contra intentionem diſponentis.

Rippa etiam hic col. 8. dicit ꝙ iſta ratio aut ſolutio Bar. parū diſcrepat à ſolutione Petri, licet Bar. eum reprehēdat, quia etiam Bart. fatetur quod circuitus ſit vtilis, & ſolum diſcrepat Bar. à Petro in ratione, quia Petrus voluit quod remanſerit differentia propter vtilitatem circuitus, ſed Bar. conſiderat rationem impoſsibilitatis impugnando rationem vtilitatis, ſed certè videſ Bart. multum à Petro diſſentire, quia ſecūdum Petrum vbi circuitus poſſet afferre vtilitatem ordinariam & regularem, eſſet differentia etiam in aliis fideicommiſſis eadem ratione, qua in fideicommiſſo libertatis, & ſic Bart. ſolum concordat cum Petro in dicto ꝙ circuitus ſit vtilis, ſed omnino diſcordat in ratione dicti, quia ſecundum Bart. ex ratione Petri ſequeretur maxima reſtrictio ad regulam adæquationis licet re vera non ſequatur conſiderando vtilitates ordinarias vt ſupra.

Secundò principaliter arguitur contra iſtam ſolutionem Bart. nam ea attenta ſequeretur ꝙ vbi noluit teſtator ius patronatus hæredi acquiri, ſtatim tranſiret libertas ꝙ præſupponit Bar. ſequuntur Aret. & Soci. hic. Sed Iaſ. hic impugnat col. ii. poſt med. verſi. item. Bar. vult & Rip. col. 8. nu. 27. nam eſſet nimia reſtrictio ad iura requirentia manumiſsionē in relicto libertatis per fideicōmiſſū ſecundum Ias. & dicit Rippa ꝙ vbi cunq; in perficiendo legatū deſideratur factum hæredis non tranſit ius in legatarium ipſo iure, ideò quando legatur res hæredis, nō tranſit dominiū ipſo iure. l. ſi quis inquilinos. §. i. infra eo.

Suſtinēdo Bar. dici poteſt, ꝙ illa manumiſsio non requiritur ad acquiſitionem iuris, ſed loco cuiuſdam poſſeſsionis ſicut in legatarium, licet tranſeat dominium, non tamen tranſit poſſeſsio. l. non dubium. C. de lega. Ideo requiritur traditio hæredis loco poſſeſsionis & cuiuſdam executionis facti. Similiter ad rationem Rippæ reſpondetur, quia ſi tranſit libertas ipſo iure, factū hæredis non requiritur ad perfectionē iuris, ſed executionis & poſſeſsionis, vt ſupra eſt dictum, ſed tamen iſta reſponſio non videtur bona ex his quæ infra dico in nona ſolutione quam damus ad hanc ſecundam oppo. Bar.

Tertiò argui poteſt contra Bar. ꝙ licet nō intereſſit hæredis propter ius patronatus quando illud non acquiritur, poteſt tam en intereſſe pro pter alia quæ interim ante competentiam libertatis hæredi acquiri poſſent. iuxta. d. l. ſi quis ſeruo. infra tit. i. & no. Sali. in. l. ii. col. ii. ante med. C. com. de lega. niſi dicas ꝙ omnino manumiſſio ſtatim fieri debet, plane † ſi moroſior ſit hæ-

137 res cum fiat mora reipſā. d. l. cum vero. §. apparet ff. de fideicom. lib. ex mora ſuā cōmodum reportare non debet. l. ancillam. & l. pen. C. de fideicommi. liber. Aliter tamen infra impugnatur iſta ſolutio Bart.

Hic etiam aduertendum dum Iaſ. reprehendit ſolutionem Bar. quia ex ea ſequitur nimia reſtrictio ꝙ ceſſante vtilitate iuris patronatus libertas ſtatim tranſeat, ob id amplectitur Iaſ. ſolutionem Petri non conſiderans ꝙ eadem reſtrictio ſequitur ex ſolutione Petri, quia ſi circuitus ſit vtilis ceſſante ratione Petri, ceſſare debet exequatio.

Quintam ſolutionem ponit Alex. hic col. 7. in fi. verſi. conſiderabam ꝙ alio modo, nam ſecundum eum ius patronatus non relinquitur expreſsè ſed tacitè & in conſequentiam dationis libertatis, ob id ſtatim tranſire non poteſt etiam in aliis legatis, aut fideicōmiſsis. l. ſeruum ſibi. §. fi. infra eo. ſecundum cōmunem intellectum, ex quo apparet ꝙ nulla videtur differentia inter fideicōmiſſum libertatis, & alia legata, & fideicommiſſa, cum iſtud generaliter procedat.

Iſtam ſolutionem Alex. reprobat Rippa hic col. 7. in fin. per tria media, nam hæredi à ſeipſo expreſſe legari non poteſt, quia non poteſt quis eſſe creditor & debitor ſuiipſius. l. ſi ſub conditione. §. fi. ſupra de hæredi. inſtit. l. plane. i. §. ſi duobus, vbi Moder. infra eo. ergo multo minus tacitè. dicendum eſt, ꝙ voluerit teſtator hæredi à ſeipſo relinquere ius patronatus. l. qui ad certum. ff. locati. & propterea reprehenditur etiam Bar. dum voluit in eius ſolutione quod teſtator voluerit relinquere hæredi ius patronatus, ideò dicit Rippa col. 7. in fi. quod ius patronatus acquiritur hæredi non ex relicto aliquo expreſſo vel tacito, ſed propter inſtitutionem.

Sed iſta impugnatio non videtur obſtare ſolutioni Alex. quia non eſt verum quod hæredi à ſeipſo relinquatur, nec capit hæres ius patronatus à ſeipſo imò à lege, quæ tribuit ius patronatus manumittenti, licet capiat ex facto proprio ipſius manumittentis, aliàs ſequeretur quod nūquam ex manumiſsione conſequeretur quis ius patronatus, cum debeat eſſe diſtinctio perſonarum inter dantem & accipientem. c. fi. de inſti. & perinde eſt ac ſi relinqueretur legatum cum onere dandi hæredi. l. qui hæredi. ff. de condi. & demonſt.

Sed vltra Rippam ex alio dico ſolutionē Alex. non poſſe procedere, nam Alex. aſſignat rationē quare legatum iuris patronatus ſtatim non tranſeat, ſed de hoc non quæritur ſed illud tra-

ctatur

ctatur quare ſtatim non non tranſeat libertas re
licta per fideicómiſſum . in libertate autem prin
cipaliter & expreſsè relicta non poteſt procede
re ratio Alex. Neq; dicatur ꝙ ſicut ius patrona-
tus ſtatim tranſire non poteſt, ita nec libertas,
quia hoc modo principale regularetur ab acceſ-
ſorio. expreſſum à tacito. cum ecóuerſo ius eſſe
debeat.l. ſi legati ſerui, vbi Doct. infra eodem.

Sextam ſolutionem non ponit hic Rippa col.
.3. in vltimo nota. dicens ꝙ Doct. in vanum la-
borauerunt circa iſtud contrarium, quod nullú
eſt, quia licet ſit differentia inter libertatem di-
rectam,& fideicómiſſariam, hoc tamen nihil ob
ſtat huic .l.i. nam per hanc .l. ſolum virtus fidei-
cómiſſorum tributa eſt legatis non ècontra vir-
tus legatorum tributa eſt fideicómiſsis, nimirú
ſi effectus libertatis directæ non competit liber-
tati fideicómiſſariæ. Profectò non poſſum non
demirari tantam reſpondentis celeritatem ne di
cam præcipitationem, nam licet per hanc.l.i. vir
tus legatorum non ſit tributa fideicómiſsis, ta-
men erogata eſt per alias .ll. digeſtorum , vt hic
per Barto. & Doct. Similiter habita eſt mutua
& vniuerſalis exæquatio per ius.C. oppoſitio au
tem eſt generalis reſpiciens exæquationé totá,
non quatenus ſolú inducta eſt per hanc .l. quod
patet, quia Bart. ante hanc ſecundam oppoſitio.
primò oppoſuit ꝙ Iuſtinianus videtur nobis ſer-
uiſſe de vento ſi exæquatio generalis, & mu-
tua facta iam erat. Deinde in ſecunda oppo. di-
cit ꝙ imò adhuc hodie videtur differentia, & ſic
oppoſitio refertur ad ius hodiernum & nouum.
verbis minime obſcuris, non etiam reſtringitur
ad caſum huius .l.i. neq; fatui adeò, & ſenſus ita
tenuis Bar. & Doc. fuiſſent, ꝙ formaſſent oppo.
eiuſmodi contra hanc.l.i. ſed directa eſt oppoſi-
tio cótra ius nouum verbis plus quàm expreſsis.
Impudentiſsimè igitur auſus eſt Rippa dicere ꝙ
Doct. in vanum laborauerunt circa hanc oppo.

Septimam ſolutionem (præter alios ſcribétes)
conſiderabam ad hanc oppo. ꝙ imò nulla ſit diſ-
ferentia inter libertatem directam & fideicom-
138 miſſariam ab aliis legatis & fideicómiſsis; nam †
quod dicitur dominium aut ius legati ſtatim trá
ſire in legatarium è morte teſtatoris procedit ni
ſi aliter appareat de voluntate ipſius teſtantis ꝙ
noluerit tráſire. Bal. in .l.2. in prin.C. vt in poſ.
lega. Alex. hic col. 10. ſn prin. in fine nu.20. &
infra dicemus. Sed quando teſtator mandat ſeru
um manumitti, & ſic liberum fieri per hæredem
rogando hæredem vt manumittat aut libertaté
det, apparet de voluntate teſtatoris ꝙ non inté
dit eum ſtatim liberum fieri, ſed per hæredem,
ideò non mirum ſi ſtatim libertas non competit
etiam ſi nollet teſtator ius patronatus hæredi ac-
quiri. Sed ſcholaris vnus fœlicioris ingenii ar-
guebat contra hác ſolutionem ꝙ ea attenta idé
videretur dicendum in aliis fideicómiſsis parti-
cularibus vt ius ſtatim non tranſeat ex quo teſta
tor mádat reſtitui aut præſtari per hæredé, Reſ-
pondeo ꝙ diuerſa eſt ratio, nam in aliis fideicó-
miſsis exprimitur quod tacitè inerat ſcilicet præ-
ſtari rem ab hærede, quia etiam in legatis præſtá
da eſt res ab hærede cum propria autoritate capi
non poſsit .l. non dubium .C. de legat. ideò ex-
preſsio eius quod tacitè inerat, non alterat diſ-
poſitioné.l.3. infra eo.l. nó rectè.C. de fideiuſſ.
Sed in libertate ſecus eſt quia ſi teſtator mandat
hæredi vt manumittat, iſta manumiſsio tacitè nó
includebatur imò ſi de manumiſsione nihil fuiſ-
ſet dictum, ſtatim fiebat ſeruus liber citra aliud
factum hæredis cum res ſit talis, quæ aliud factú
non deſideret, aut aliam traditionem.

Secundò reſpódeo ad argumentum, ꝙ in aliis
fideicómiſsis pecuniariis quando hæres rogatur
quid præſtare aut reſtituere, verba poſſunt intel
ligi de nuda traditione aut executione .l. nun-
quam nuda .ff. de acquir. rerum domi. ſed quan
do teſtator rogat ſeruum manumitti, manumiſ
ſio idem eſt quod dimiſsio à manu & poteſtate,
planè ſi libertus tranſiuiſſet in ſeruum, iam à ma
nu & poteſtate dimitti non poſſet, quia non en
tis nullæ ſunt qualitates .l.3 .ff. de vſuſfruct.l. eius
qui. verſi. quas vero .ff. ſi cer. pet.l.4.ff. loca .l. ſi
ſeruum.§.i.ff. de actio. emptio.l. adeo.§. ꝙ ſi to-
to .ff. de acqu. rerum domi. Itaq; ſi teſtator vult
ſeruum manumitti ab hærede, in neceſſarium
antecedens vult ꝙ libertas non tranſeat, quia ſi
tranſiret, ab hærede manumitti non poſſet, quæ
ratio non militat in aliis fideicómiſsis, quia po-
teſt hæres reſtituere rem domino citra aliquam
tranſlationem iuris ſi iam tranſlatus ſit.

Ex hac reſpóſione infertur quòd ſolutio Bar.
ad hanc opp. nullo modo poteſt ſuſtineri, quia
Bar. præſupponit vt dictum eſt in ſua ſolutione,
ꝙ vbi appareret de voluntate teſtatoris qui no-
luit acquiri ius patronatus hæredi, libertas fidei-
commiſſaria ſtatim tranſit. Sed iſtud videtur im
poſsibile, quia ſi teſtator voluit ꝙ hæres manu-
mitteret, ergo in neceſſarium antecedens noluit
ꝙ libertas ſtatim tranſiret.

Infertur ex præmiſsis etiam hodie manere diſ-
ferentiam inter libertatem directam & fideicó-
miſſariam, non per rationem Bar. quam ſupra re
probaui, neq; etiam per rationem Petri ꝙ circuí
tus ſit vtilis propter ius patronatus, quia idem eſ
ſet ceſſante iure patronatus, ſed quia ita apparet
de voluntate teſtatoris expreſſa & ratione neceſ
ſitatis & impoſsibilitatis, aliter tamen conſiderá-
do neceſsitatem & impoſsibilitatem quàm fece-
rit Bar. Concludendum eſt igitur ꝙ in libertate
fideicómiſſaria libertas nunquam cópetat ipſo
iure propter voluntatem teſtantis.

139 Secunda differentia † inter libertatem dire-
ctam & fideicómiſſariam colligitur ex.l.i. & fin.
.C. qui manu. non poſſ. quia in libertate directa

vt dicatur relicta in fraudem creditorum, duo requiruntur animus fraudandi, & euentus q re vera fraudentur, in fideicómiſſaria autem ſufficit euentus ſolus. In qua re duæ aſsignantur rationes diuerſitatis, vna per glo. in .§. in fraudem inſtit. quibus ex cau. manu. non li. quia libertas data ab hærede facilius reuocatur, ſequitur Iaſ. hic col. 13. in fi. Sed iſta ratio non valet, quia eſt eadem cum dicto .l. fi. ff. de offi. procura. cæſ. ná iſtud eſt in quo ratio deſideratur cur facilius reuocetur libertas data ab hærede in qua ſufficit ſolus euentus.

Secunda ratio aſsignatur per glo. in .d.l. fi. C. qui manu. non poſ. quia libertas directa ſtatim competit ſine ullo hæredis beneficio, fideicommiſſaria autem præſtatur ab hærede qui non tenetur vltra vires hæreditarias .l.i.§. ſi is qui .cccc. verſ. neminem enim &c. infra. ad Trebel. Quæ ratio obſcurior videtur. Alex. hic col. 8. verſic. puto tamen reſpondendum, dicit q non reperit à ſcribentibus tactum circa declarationem illius glo. ideò ipſe declarat q cum hæres non teneatur vltra vires hæreditarias ad legata, non cogitur ſeruum manumittere quando hæreditas ſoluendo non eſt, ſed poteſt creditoribus prius ſatisfacere ex quo libertas ſtatim nó tranſit. Iſta declaratio Alex. videtur contra tex. in .d.l. fi. ná Alex. dum dicit q hæres non cogitur manumittere, præſupponit q poſsit ſi velit, quod eſt contra illum tex. vbi q manumitti nó poteſt in præiudicium creditorum, ideò melius declaratur ratio glo. per Sali. in .d.l. fi. quem Alexander non vidit, nam ſicut hæres non tenetur vltra vires hæreditarias, ita æquum eſt q aliquid alienare non poſsit in præiudicium creditorum, ſed detrahi debet ante omnia æs alienum ante ſolutionem legatorum & fideicómiſſorum. Itaq; antequam præſtetur libertas ſeruo detrahendum eſt æs alienum cui diſſoluendo ſi hæreditas non ſufficit, in ſeruo aut eius precio ſatisfieri debet. Iſta ratio ceſſat in teſtatore qui tenetur inſolidum, ob id non fit teſtatori iſta detractio æris alieni non ſecus atq; ſi inter viuos manumiſiſſet nimirum ſi euentus ſolus non ſufficit, ſed animus etiam fraudandi ſit neceſſarius.

Ex qua ratione ita declarata infertur q hodie non procederet .d.l. fin. C. qui manu. non poſſ. quando hæres non feciſſet inuentarium, quia tunc tenetur inſolidum ad legata. §. ſancimus in auth. de hæredi. & falci. & ſic ceſſante ratione ceſſare debet diſpoſitio .l. adigere .§. quãuis .ff. de iure patro.

Sed aduertendum quia contra dictam rationem glo. ita declaratam per Sali. videtur tex. in .l. & ſi debitor. ff. de dona. cau. mor. & in .l.i.§. .i. ff. ſi quid in frau. patro. vbi in donatione cauſa mortis & legatis ſufficit ſolus euétus q ceſſet conſilium fraudandi creditores, & tamen proue-

ueniunt iſta immediatè à donatore aut teſtatore ſine beneficio hæredis, niſi dicas requiri beneficium hæredis in traditione poſſeſsionis.

140 Sed contra illam differentiam † libertatis directę & fideicómiſſarię quæ cóſideratur ob cauſam iuris patronatus, opponitur, nam videtur q licet libertas ſtatim tranſeat ſine manumiſsione hæredis, æquè conſequatur hæres ius patronatus ac per ipſam manumiſsionem, quia talis ſeruus efficitur libertus orcinus teſtatoris .§. pen. inſti. de ſing. rebus per fid. relic. ergo illud patronatus teſtatoris tranſit in ipſum hæredem. Reſpondeo q magna eſt diuerſitas in hoc, nam ſi hæres ſit extraneus, ius patronatus non tranſit ad eum niſi quoad operas officiales aut obſequiales quæ conſiſtunt in non faciendo prout ne vocetur in ius patronus ſine venia .l. venia. C. de in ius vocan. glo. in .l. ſi non ſortem .§. libertus in gloſ. magna .ff. de condi. indebi. Operæ autem officiales quæ ſunt in faciendo vt in aſſurgendo patrono & reuerentiam præſtando, non tranſeũt ad hæredem extraneum .l. liber. C. de oper. lib. Secunda diuerſitas, nam licet filius ſit hæres ad quem tranſit ius patronatus etiam quoad operas obſequiales in faciendo .l. qui manumittuntur .C. de oper. lib. l. 5. C. de obſeq. Tale tamen ius patronatus competens filio ex perſona patris nó æque eſt efficax vti illud quod obtinet ex perſona propria quando ipſa manumittit, nam vbi hæres accuſat libertum capitis aut eum in ſeruituté vocat, non amittit bonorum poſſeſsionem contra tabulas teſtamenti liberti, ſecus vbi ius habet patronatus ex perſona defuncti .l. ſi filius .§.i. vbi glo. ff. de fideicom. liber.

Ex præmiſsis habentur tres differentiæ inter libertatem directam & fideicómiſſariam. Prima eſt reſpectu iuris patronatus, quod acquiritur ex fideicómiſſo libertatis, non q approbem rationem Pet. & Bar. q inducatur differétia propter ipſum ius patronatus. Secunda reſpectu interim quæſitorum per ſeruum ante manumiſsionem, de qua per Sali. in .d.l. 2. in prin. co. 2. ante med. .C. commu. de lega. Tertia de qua in .d.l.i. iuncta .l. fin. C. qui manu. non poſſ. Alias & plures differentias inter libertatem directam & fideicó miſſariam ponit Iaſ. hic col. 13. & 14. quas ipſas non proſequor.

141 Non ſolum autem † differentia eſt inter legatum & fideicómiſſum in libertate, ſed etiam in ſeruitute reali vel perſonali, nam ſi relinquitur vſuſfructus aut alia ſeruitus per legatum, ſtatim tranſit ius in legatarium à morte teſtatoris .l. ſi Titio fundus. in ver. vendicare. ff. de vſufr. lega. & in .l. fi. in ver. vendicare. ff. de ſerui. lega. glo. in .l. 3. §. vnde vi. in glo. fi. in ver. vendicare vbi Angel. ff. de vi & vi arma. ſecus vbi relinquitur ſeruitus per fideicómiſſum, quia non ſtatim tráſit ſed oportet q cóſtituatur ab hærede. ſecundũ

F Iaſ.

las. hic col. 12. ante med. verſi. ſed aduerte, & col. 14. in fi. nu. 65. per text. in .l. 3. §. dare .ff. de vſufruct.

Sed ille tex. in .§. dare. retorquetur cõtra las. nam loquitur in legato, & tamen ſecundum las. intellectum quòd ibi ſit neceſſaria conſtitutio, illa requiretur etiam in legato.

Secundò contra las. arguitur, non ſequitur hæres tenetur dare aut tradere rem legatã, ergo ius ſtatim non tranſit, nam hæres tenetur tradere rem legatam licet eius dominium trãſeat, nec ideò minus tenetur hæres ad patientiã erga vſum fructuarium ꝙ ius ad eum tranſierit, nam etiam ſi hæres expreſsè conſtituat vſumfructum, adhuc tenetur ad patientiam quæ tractum ſucceſsiuum habet quamdiu durat vſusfructus. Nec obſtat dictum las. ꝙ hæres tenetur inducere legatarium vſusfructus in poſſeſsionem, quia vt dixi, non ſequitur ergo ius non tranſit, nam ideò tenetur
142 inducere quia nõ poteſt legatarius vſusfructus legatum apprehendere propria autoritate ſicut & in aliis legatis. Sali. in .l. i. col. fi. C. de vſufru. Alex. in conſil. 50. col. 3. in prin. libr. 7. Soci. in conſil. 131. col. 3. in fin. verſic. nec obſtat quod vltimo loco. lib. i.

Tertiò contra las. arguitur, nam conſtituit las. differentiam inter legata aut fideicõmiſſa rerum corporalium & ſeruitutum, nec aſsignat aliquam rationem diuerſitatis, quæ diuerſificatio caſuum nõ attenditur niſi ratio detur diuerſitatis. gloſ. in .l. ſed & ſi lege. §. item ſi rem diſtraxerit. ff. de peti. hæredi. Calderi. in conſil. i. in titu. de regular. Sed nulla videtur ratio diuerſitatis quare ius ita tranſire non debeat in ſeruitutibus relictis per fideicõmiſſum ſicut in rebus corporalibus; tantum eſt differentia in modo tradendi ſeu in facto, quia incorporalia actualiter aut corporaliter tradi non poſſunt, ſed fit traditio per inductionem in feudum & per patientiam. vt in .d. §. dare.

Quartò impugnatur dictum las. nam in legatis æquiparãtur corporalia & incorporalia, quia in corporalibus ſicut trãſit dominium ipſo iure, ita in ſeruitutibus. l. ſi partem. §. i. ff. quemadmodum ſerui. amittan. Bar. & Doct. hic. Ergo ille text. ita diſponens in legato trahi debet ad fideicõmiſſum ex quo æquiparantur in omnibus & per omnia, quod procedit etiam in materia correctoria aut pœnali. l. ſi quis ſeruo, cum glo. fi. C. de furtis, glo. in .l. quod verò contra. ff. de legibus, & abunde ſupra dictum eſt in materia adæquationis. Et contra dictum laſ. tenet laco. Nigri hic col. 18. circa med. verſi. ſed tñ laſ. hic.

Ex præmiſsis abſolutus ſit articulus iſtius libertatis directæ & fideicommiſſariæ in hac ſecunda oppo. Bar. ſed quia Bar. in hac oppo. etiam arguit de hæreditate & obſcure ſatis loquitur ob nimiam breuitatem, videndum eſt quomodo intelligatur, nam iſta oppoſitio poteſt intelligi duobus modis, Primò ꝙ ſit differentia inter legatum, & fideicommiſſum hæreditatis, prout primo loco dicit glo. dum dicit ꝙ appellatur hæreditas fideicommiſſaria non legataria. q. d. quia non dicitur hæreditas legataria, ergo videtur ꝙ legatum hæreditatis non ſit idem quod fideicõmiſſum hæreditatis. Secundo modo poteſt intelligi ꝙ ſit differentia inter legata particularia & fideicõmiſſariam hæreditatem ſeu fideicõmiſſum vniuerſale quod voluit glo. in fi. dum dicit item hæc cõmunio. nam glo. ibi neceſſariò intelligitur de legatis particularibus quę cõmunionem non habeant cum fideicõmiſsis vniuerſalibus ex .ll. quas allegat, in quibus ſit differentia inter legata aut fideicommiſſa particularia, & fideicommiſſa vniuerſalia, quia legatarius aut fideicõmiſſarius particularis non cogit hæredem vt adeat, fideicõmiſſarius autem vniuerſalis cogit, ex alio etiam glo. in fi. debet intelligi in legatis particularibus, quia aliàs eſſet ſibi contraria, nam ſtatim dixerat ꝙ differentia hæreditatis fideicõmiſſarię & legatarię ſolum eſt quo ad nomen, quia non dicitur hæreditas legataria, tamen effectualiter idem eſt legatũ hæreditatis, & fideicõmiſſaria hæreditas. Dico igitur ꝙ Bar. in hac oppoſitione debet intelligi ad iſtum ſecundum modum vt ſit differentia inter legata particularia & fideicõmiſſa vniuerſalia, & ꝙ Bar. ita debeat intelligi probatur dupliciter, Primò dũ dicit ꝙ iſtud vltimum vt ſit differentia inter legata, & fideicõmiſſariam hæreditatem videtur tenere glo. hic vt infra dicam, ſed infra in tertia regula dicit Bart. probari per hanc glo. in fi. ꝙ vniuerſalia non ſunt æquiparata particularibus nec ècontra. Secundò quòd Bar. ita debeat intelligi probatur ex .l. quam allegat ideſt ex .l. fi. C. ad Trebellia. aliqui habent ex .l. pen. codem tit. ſed vtraque .l. iſtud probare poteſt. nam in .l. pen. habetur ꝙ iura fideicõmiſsi vniuerſalis nõ tranſeunt in fideicommiſſarium vniuerſalẽ ipſo iure & ſine reſtitutione, niſi in certis caſibus ibi expreſsis, & tamen in legatis, aut fideicõmiſsis particularibus tranſit ius ſine reſtitutione. d. l. à Titio. ff. de furtis. Idem probatur in .d. l. fi. codẽ tit. vbi fideicommiſſario vniuerſali reſtituitur etiam fideicõmiſſum particulariter alii derelictum, ita ꝙ tenetur fideicõmiſſarius vniuerſalis ſatisfacere fideicõmiſſario particulari, & ſic in fideicommiſſarium vniuerſalem tranſeunt iura etiam paſsiuè quod non eſt in particulari. l. quædam. §. nihil. ff. de edẽ. l. i. §. ſi hæres. ff. ad Trebel. rurſus ſi non differrent fideicommiſſum aut legatum particulare & vniuerſale, non reſtitueretur fideicõmiſſario vniuerſali quod alii particulariter eſt relictum, quia à pari non fit victoria. l. nam & magiſtratus. ff. de arbitr. Itaq; cum vniuerſale trahat ad ſe particulare, apparet ꝙ il

lud eſt potentius particulari.

Ex præmiſsis habentur aut inferuntur tres differentiæ inter legata aut fideicommiſſa particularia & vniuerſalia, vnam ponit glo. in fi. aliæ colliguntur ex.d.ll.pen.& fi.C.ad Trebellia.Prima differentia glo. eſt,quia legatarius, aut fideicõmiſſarius particularis non cogit hæredẽ vt adeat ſecut in vniuerſali. Secunda differentia quia in legatarium, aut fideicõmiſſarium particularem non tranſeunt iura actiuè & paſsiuè ſecus in vniuerſalem, & iſte eſt vnus inter effectus Trebelliani, de quibus per glo.in.l.in teſtamento.C.ad legem Falci.Tertia differentia quia in fideicommiſſarium vniuerſalem nõn tranſit ius ante factam reſtitutionem niſi in certis caſibus, ſecus in legatario particulari, ſed de his latius infra videbimus in tertia regula Bart. vbi Bart. cumulat octo differentias.

Ex ſecunda regula Bar. hic col.iij. concluſio habetur ꝙ legata vniuerſalia ſunt æquiparata fideicommiſsis vniuerſalibus, & ècontra. In qua regula Bart. ſe remittit ad dicta per eum in.l.ſi quis ſeruum.§.fin.cum.l.ſequẽ. infra tit.i.In hac regula duo principaliter videnda ſunt. Primum

143 quando † dicatur legatum, aut fideicommiſſum vniuerſale. Secundũ qui ſint effectus legati vniuerſalis. Circa primum diſtinguendi ſunt aliqui caſus. Primus caſus eſt, quando alicui legatur tota hæreditas, & ſine dubio iſtud dicitur legatum vniuerſale.l.nam quod.in fi.ff.ad Trebellia. Et ſi dicatur quomodo legari poteſt tota hæreditas cum verbum obliquum adiectum vniuerſitati bonorum non importet inſtitutionem, vt dixi in rubri.ſupra eodem. Reſpondeo ꝙ hærede inſtituto poteſt ab eo legari tota hæreditas, & ita intelligitur iſte primus caſus, quando autem legat teſtator hæreditatem ſuam alicui nemine hęrede inſtituto, quid iuris ſit dixi in rubrica.

Secundus caſus eſt, quando teſtator ab hærede ſuo legat certam partem hæreditatis per quotam, puta dimidiam tertiam &c. & idem vt dicatur legatum vniuerſale.d.l.ſi quis ſeruum.§.fi. infra tit.i.l.cogi.§.& generaliter, &.§.ſi quis.ꝟ. ad Trebellia.glo. & Docto.in.l.mulier.§.fi ff.ad Trebellia.Bar.hic col. fina.verſi. ſecundo caſu & Alex.etiam hic col.8.in fi. Paul. de Caſt.in.l. cum ex filio.in fi.prin.ff.de vulga. Corn.in.l.ii. .C.com.de lega.Soci.in Rub.ſupra de vulga. in fi.quicquid aliter oblocutus fuerit Crotus hic, col.9.in fi. nu. 19.

144 Tertius caſus eſt † quando legatur aut relinquitur per fideicommiſſum hæreditas, aut pars hæreditatis alicuius tertii non ipſius teſtatoris, puta ſi ſi teſtator fuerat inſtitutus ab alio tertio, & relinquat eius hæreditatem totam vel partem & tunc dicitur legatum, aut fideicõmiſſum particulare.l.cum filius.§.Lucio.ff.de lega.ii.d.l.cogi.§.ſed ſi miles, vbi Bar.ff.ad Trebellia. Areti.in conſi.154. periculoſum, col.7.verſi. ex præmiſsis apparet.Soc.in.l.i.in prin.col.7.circa med. verſi. prætetea ſi pater relinqueret.ff. de vulga. Crotus in rub. ſupra eo. col.3. ante med.

Quartus caſus eſt, quando alicui relinquuntur per legatum aut fideicõmiſſum omnia bona & tunc dicitur legatum aut fideicõmiſſum vniuerſale.l.quotiens.§.fi.ff.de vſufrue.l.vxori.i.ff. de vſufruc.lega.d.l.cogi.in prin.ad Treb.

145 Quintus caſus † eſt quando alicui relinquitur certa pars bonorum, puta dimidia,tertia &c. & tunc legatum dicitur particulare.l.cum autem pars, quæ ſequitur d.l.ſi quis ſeruum.infra tit.i. .d.l generali.§.ſi.ꝟ.de vſufr.lega.glo.& Doct.in .l.mulier.§.fin.ad Trebel. Et ſi dicatur quæ eſt ratio diuerſitatis ꝙ vbi relinquitur certa pars hæreditatis dicitur legatum vniuerſale, ſecus vbi relinquitur pars bonorum. Dic ꝙ ratio eſt,quia bona intelliguntur deducto ære alieno.l.ſubſignatum.§.bona.l.princeps bona.ff. de verbo. ſigni.conſequenter in legatarium certæ partis bonorum non tranſeunt iura actiuè & paſsiuè, & ſi dicatur quare non deducitur æs alienum quando alicui relinquuntur omnia bona vt ſic dicatur legatum particulare, dic ꝙ ratio eſt quia ſequeretur inconueniens ꝙ legatarius haberet totam vtilitatem, & apud hæredem remanerent ſola onera. ita Bar.in.d.l.ſi.quis ſeruum.§.fin.

Iſte quintus caſus limitatur, vt non procedat quando omnia bona diſtribuerẽtur per quotas, puta quia relinquatur certa pars bonorum vni, alia alii, & deinceps vſq; ad totum incluſiuè, nam tunc iſti legatarii certæ partis bonorum dicuntur vniuerſales ne alias ſi æs alienum deducatur apud hæredem remaneãt ſola onera ſine cõmodo. Ita Bar.in.d.l.ſi quis ſeruum.§.ſi.Soci.in conſi.82.col i.poſt med.lib.4.Deci.in cõſi.237. col.3.verſi.5.hoc ſaltem dicendum videtur.

146 Sextus caſus eſt † quando relinquitur aliqua res aut certa quantitas pecuniæ, & iſtud dicitur relictum particulare.d.l.nam quod.§.fi.d.l.cogi. .§.& generaliter, &.l.ſi hæres ab eo. in ſecundo reſponſo ibi quamuis.ff. ad Trebellia.inſtitu.de ſing.rebus per fideicom. relict.in prin. & generaliter relictum particulare dicitur quotiens in legatarium aut fideicommiſſarium non tranſeunt iura, & actiones.d.l.nam quod.§. non omnis. Areti.in conſi.155. diligenter. col.6. in tertio dubio. Corn.in conſi.53.lib.3.Infertur ꝙ ſi hæres grauatur reſtituere quicquid ſupererit de hęreditate deductis oneribus,dicitur fideicommiſſum particulare, ex quo omnia non includuntur ſed excipiuntur onera. Corn.in.d.conſi.53. per tex.in.d.l.cogi.§.inde quæritur.

147 Circa ſecundum † quis dicatur effectus legati vniuerſalis, dic ꝙ effectus eſt, quia de legato vniuerſali detrahitur Trebellianica ſicut de fi-

deicómiſſo vniuerſali.glo. & Docto.in.d.l. mu-
lier.§.fina.in glo.fi.infra.ad Trebellia.
Permagni autem refert vtrú detrahatur Tre-
bellianica an Falcidia propter imputationem,
quia in Falcidiam non imputatur niſi quod præ
cipitur iure hæreditario, aut inſtitutionis non
iure legati ſecus in Trebellianica.l.in quartam.l.
id autem, &.l.in ratione.2.§.pen.infra. ad legẽ
Falci. Secundò fructus percepti iudicio teſtato-
ris non computantur in Falcidiam in qua conſi-
deratur tempus mortis.l.in quartam.ff.eod.titu.
vbi Doct. habetur in.l.in fideicommiſſaria, vbi
Rippa col.pen.eod.tit.ſecus in Trebellianica.d.
.l.in fideicommiſſaria.l.mulier.§.hæres. eo. titu.
148 Tertiò fructus † non computantur in Trebellia
nicam liberis primi gradus.l.iubemus.C.ad Tre
bellia. ſecus in Falcidia ſecúdum Iaco.Nigri hic
col.27. verſi. vndecima differentia. nu.47. poſt
Crotum in rub.infra ad Trebellia. Sed iſtud pu-
to falſum, nam Falcidia eſt fortior quàm ſit Tre
bellian. vt ex præmiſsis apporet, & tradit Alex.
in conſi.67. col.2.lib.1.Itaq; ſi non ſit imputa-
tio in Trebellianicam, multominus in Falcidiã
cum facilior ſit imputatio in Trebellian. quàm
in Falcidiã; Præterea ſi fructus percepti iudicio
teſtatoris non imputantur in Falcidiam hæredi
extraneo, vt ſtatim dictum eſt, quanto minus li-
beris primi gradus. Et ꝙ diſpoſitio.d.l.iubemus
procedat etiam in Falcidia, voluit glo.in.l.quod
de bonis.§.quod auus. vbi Paul. de Caſt. poſt
med.ff.ad.l.Falcid.
149 Secundus effectus † legati vniuerſalis eſt quia
ex eo tranſeunt iura actiuè & paſsiuè in legata-
rium vniuerſalem ſicut in fideicommiſſarium
vniuerſalem.d.l.ſi quis ſeruũ.§.fi vbi Bar.in ſum
mario & col.ii.ante med.verſi.ſine ergo omnia
bona.infra tit.i.Idem tenent glo.& Docto.in.d.
.l.mulier.§.fi.infra.ad Trebellia. Paul. de Caſtr.
in.d.l.cum ex filio.in fine prin.ſupra.de vulgari.
Alex.hic col.8.in fi. verſi. item dum glo. dicit.
Idem etiam voluit glo.hic, dum dicit ſolum eſſe
differentiam nominis inter fideicommiſſariam
hæreditatem, & relictam per legatum, quia non
dicitur hæreditas legataria, ergo in effectu nul-
la eſt differẽtia vtrum relinquatur hæreditas per
fideicommiſſum, aut legatum.
150 Tertius effectus † eſt quia legatarius vniuerſa
lis cogit hæredem vt adeat ſicut fideicommiſſa-
rius vniuerſalis. glo. in.d.l.mulier.§.fi.in glo.fi.
& ibi Alex.col.2.verſi.ſed per aliam rationem.
Bar.in.d.l.ſi quis ſeruum.§.fi.dum dicit ꝙ legata
vniuerſalia ſunt exequata fideicómiſsis vniuer-
ſalibus, & ꝙ Trebelliano ita locus eſt in legatis
vniuerſalibus ſicut in fideicómiſs. vniuerſalibus.
Ex tertia regula Bar.colliguntur octo diffe-
rentiæ inter relicta vniuerſalia, & particularia,
ex quibus tres Bar. impugnat. Prima differentia
eſt, quia pro relicto particulari non cogitur hæ-
res adire ſecus pro vniuerſali, vt hic per glo. in
fi. rationem diuerſitatis aſsignat Bar. quia vni-
uerſali reſtituitur vniuerſaliter, i.deſt fit reſtitu-
tio vniderſalis quoad omnia iura actiuè, & paſsi
uè, ob id per talem coactionem hæres damnum
non ſuſtinet cum amplius non obligatur here-
ditati ſeu oneribus hereditariis, quæ ratio ceſſat
in relictis particularibus in quibus iura non tran
ſeunt.l.quædam.§.nihil.ff.de eden.l.fi.in fi.ff. de
contrahend.em.l.i.§.ſi hæres.infra.ad Trebellia.
nec cogitur hæres adire pro relicto particulari li
cet offerat hæres cautionem indemnitatis, cuius
fragilitati non tenetur hæres ſe ſubijcere.l.nam
quod.in fi.l.qui ita.§.i.infra ad Trebellian. Et in
151 quantum Bar.in hac prima † differentia allegat
tex.in.l.apud Iulianum.§.antiſtia. ad Trebellia.
ille tex. probat arguendo à maiori, nam ſi hæ-
res poſtquam adiuit coactè non obligatur oneri
bus hæreditarijs, quando per eius reſtitutionem
iura tranſire nó potuerunt in fideicómiſſarium
mortuum pendente conditione, quanto fortius
adire non cogetur quando ante factum conſtat
ꝙ iura tranſire non poſſunt in legatarium fidei-
commiſſarium particularem.l.patre furioſo.ff.
de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. Secúdò ex illo
tex. colligitur ſingularis limitatio ad reg.ꝙ pen
dente conditione agi non poteſt.l.cedere diem
.ff.de verbo.ſigni.vt non procedat, quando peri
culum eſſet in mora ſi conditio expectetur, nec
agitur de præiuditio tertii vt acquiratur ius pen
dente conditione, ſed tantum ne quærendum
pereat, nam per reſtitutionem quæ fit ab hære-
de coacto pendente códitione, nullum ius quæ
ritur fideicommiſſario, imò ſi moritur fideicó-
miſſarius conditione pendente, aditio habetur
pro non facta quatenus agitur de præiuditio hæ
redis, nec actiones vllæ tranſire potuerunt in fi-
deicommiſſarium. Itaq; conceditur illa coactio
& reſtitutio conditione pendente ſolum vt ſal-
uum fiat fideicommiſſum eueniente fideicom-
miſſi códitione quòd aliàs perire potuiſſet mor-
tuo hærede ante aditionem & conditionis euen
tum. Ex quo etiam colligitur cóprobatio illius
regulæ ꝙ receditur à regulis iuris cómunis quan
do mora damno futura eſt, de quo per Moder.
in.l.1.vbi Iaſ. col.20.& ſeq.ff.de offi. eius, & per
eundem in.l.de pupillo.§.ſi quis riuos.ff.de op.
no.nuncia.quæ regula optimè probatur in.d.§.
antiſtia. vbi cogitur pendente conditione ob
moræ periculum.
Secunda differentia inter relictum vniuerſale
152 & particulare ſecundum Dyn.eſt, quia † in par
ticulari ſtatim tranſit dominium in legatarium à
morte teſtatoris.l.à Titio.ff. de furtis, ſecus in
vniuerſali.l.reſtituta.l.ſi eius.§.ſi quis. &.l.facta.
in prin.ff.ad Trebel.d.l.à Titio. logicè argumen
tatur, nam actio noxalis domino non competit
contra ſeruum proprium, nec reſtauratur per
aliena

alienationem ſerui.l.ſi alienus.ff.de noxal.§.an ſeruus. inſtitu.eo.tit. Amplius dominium ſuperueniens tollit actionem noxalem quæ non reuiuiſcit ſeruo alienato, vt dicitur in.d.l.à Titio. verſ. & vt maxime quis, quæ verba ſunt oppoſitiua, quibus præſuppoſitus videbatur, ꝙ hæres noxali iudicio cum legatario ſeruo experiri nõ poſſet tanquam dominus ipſius ſerui, ſed reſpõdet iuriſconſultus ꝙ hæres nunquam fuit dominus, nam aut conſideramus tempus furti ante aditam hæreditatem, & clarum eſt ꝙ hæres dominus non erat, aut conſideramus tempus poſt aditam hæreditatem quo caſu hæres efficitur dominus rerum quarum poſſeſſionem apprehendit, & tunc ſi dicatur dominium ſuperueniſſe hæredi in ſeruo quem poſſidebat, ſublata quidem eſſet actio noxalis. Sed dicit tex. quod nec poſt aditam hæreditatem factus eſt hæres dominus ſerui, quia dominiũ eius ſtatim tranſiuit in ſeruum legatarium & recta via à morte teſtatoris.

153 Sed antequam tractemus † articulum iſtius ſecundæ differentiæ videndum eſt quis effectus cõſiderari poſſit vtrum dominium aut ius legati ſtatim trãſeat. Dico effectus plures eſſe. Primus eſt de quo in.d.l. à Titio, nam ſi tranſiret dominium, hęredi quęſitũ eſſet, nec cõpeteret hęredi actio noxalis. Secundus effectus de quo per gloſ. in .l.Papina.ff. de ſeruitu. & in.l. ſi ſeruus titii infra eo. nam ſi legatur fundus ſeruiens fundo hæredis & dominium ſtatim non tranſit, inducitur confuſio ſeruitutis, quia fundus ſeruiens cũ ſit factus hæredis, res ſua nemini ſeruire poteſt.l. vtifrui. in prin .ff. ſi vſufru. peta .l. iure cõmuni .ff. de ſerui. vrb. prædio.l. quicquid.ff. com.præ. quæ confuſio ceſſat dominio ſtatim tranſeunte ad legatarium. Tertius effectus nam ſi legatum ſtatim cedit à morte teſtatoris locum habet regula Catoniana, vt legatum ab initio nullũ non reconualeſcat ceſſante impedimẽto.§. an ſeruo. inſti. de lega. ſecus ſi cedat legatum ab adita hæreditate.l.3.ff.de regu. Catonia.& ſic opportet, ꝙ capax ſit legatarius tempore teſtamenti quãdo cedit legatum à tempore mortis teſtatoris, nec reconualeſcit licet in vita teſtatoris ceſſet impedimentum. Quartus effectus, ſi cedit legatum à tempore mortis teſtatoris ſtatim eo mortuo incipiet præſcriptio contra legatarium etiã ignorantem, ſi verò cedit ab adita hæreditate incipiet præſcriptio ab aditione, & niſi cederet aut tranſiret ipſo iure, non curreret præſcriptio ante quæſitum ius.l. ſi partem.§.i.ff. quem. ſerui. amit.not.in.l. corruptione.C. de vſufructu.Sed iſte effectus non placet, quia licet cedat legatum à morte, præſcribi tamen non poteſt ante aditionem, cum antea peti non poſſit. glo. in .d.l. à Titio .ff. de furtis in .l.2.ff. quen. dies legat. ce. habetur in.l. vni.§. in nouiſſimo.C. de cadu.tollen. ideò non valenti agere præſcriptio non currit .l. fi.C. de an. excep. Quintus effectus, niſi legatum cederet à morte teſtatoris legatarius moriens ante aditionem non tranſmitteret ad hæredem cum nullum ius haberet ante ipſam aditionem, quod tranſmittere poſſet; loquor in relicto particulari, nam in vniuerſali competit ius ante aditionem ſilicet cogendi hæredẽ vt adeat cuius ratione iuris fideicommiſſum vniuerſale purum etiam non agnitum tranſmittitur ad hæredes, vt habetur per Docto. in.l. cum filio, ſuper glo. in ver. retenturum infra eo. vbi videbimus ſi ſuperi adſint, ideò ꝙ legatum cedat à morte teſtatoris introductum fuit ſolũ reſpectu trãſmiſſionis. Proinde in legatis trãſmiſſibilibus ad hæredes non cedit dies nec tranſit ius ante aditã hæreditatem.l.3.ff. quan. dies leg. ced. Doct. in .d.l. vnica.§. in nouiſſimo, &.§. libertatibus .C. de cadu. tollen. Sextus effectus cõſideratur, quia tutor poterit tradere fundum legatum ſine decreto iudicis ex quo non dicitur alienare dominio iam tranſlato.l.magis puto.§. ſi fundus.ff.de rebus eorum.

154 Iſtis effectibus ita præmiſſis † vidẽdum eſt an differentia Dy. ſit vera, ꝙ relictum vniuerſale & particulare differant circa iſtum tranſitum. In qua re conſiderandum eſt ꝙ Bart. reprobat Dy. non ꝙ dictum non ſit verum in ſe, nam verum eſt ꝙ fideicõmiſſum aut relictum condicionale ſtatim non tranſit l. ſi eius .§. ſi quis .l. reſtituta, & .l. facta in princ.ff. ad Trebellia. niſi in certis caſibus de quibus in.l. pen.C. ad Trebel. & vltra Dy. iſtam differentiam prius poſuit glo. in.l.i.§. omnibus .C. de com. de legat. Sed vult Bart. ꝙ iſtud non procedat ratione alicuius differentiæ; imò vult quod idem ſit in particulari vt ſtatim non tranſeat, quod in vniuerſali ſtante identitate rationis, vt quia aliquid legatur in conſequẽtiam, aut tacitè, nam ius ſtatim non tranſit iam in particulari quàm in vniuerſali .l. ſeruum filii .§. fi. infra eo. vbi legatario vſufructus tacite & in conſequens neceſſarium cenſetur legata ſeruitus aditus ad fundum cuius vſufructus legatus eſt per fundum Titio legatum, cum aliter non poſſet vſufructuarius conſequi vſusfructum, & tamen aditus ille ſtatim non tranſit, nam ſi tranſiret non opus eſſet illum redimi per hæredem; ideò autem ſtatim non tranſit, quia aditus principaliter legatus non eſt. Iſta ratio ſecundũ Bar. militat in relicto vniuerſali in quo bona aut corpora particularia contenta ſub ipſo vniuerſali non veniunt principaliter, ſed tacite cum ipſa vniuerſitate.

Iſtud dictum Bar. contra Dy. confirmat Bar. alio medio, nam dicit Bart. ratio quare fideicõmiſſum vniuerſale ſtatim non tranſeat eſt, quia eius actiones ſemel competierunt ipſi hæredi ob id tranſire ab eo in alium non poſſunt ſine ceſ-

ſione

ſione aut reſtitutionc. Sed vbi militat iſta ratio in relicto parriculari ꝙ ipſi hæredi tanquam legatario aut alii primo legatario actio quæſita ſit æque illa non tranſit in ſecundum legatarium ſine ceſsione .l. Imperator in prin. infra titu.i. In qua re aduertendum pro intelligentia iſtius rationis aut dicti Bar. nam Bart. vult ꝙ idem ſit in particulari quod in vniuerſali quando actio in vniuerſali ſemel competit hæredi, & tamen in particulari loquitur quando actio ſemel competiit legatario, ergo non eſt idem ſed diuerſum, ná Bar. ſane loquitur, in particulari enim actio hæredi competere nó poteſt vt hæredi, cum hæres vt hæres legatarius eſſe non poſsit, quia à ſeipſo legari non poteſt.l. plane.§. ſi duobus infra eo. ideò Bar. cũ miſterio loquitur quando actio ſemel competiit legatario ideſt aut hæredi tanquam legatario aut alii legatario. Sed melius cóſiderari poteſt ꝙ in hoc dicto Bar. ponat ſecundam rationem quare in vniuerſali ius ſtatim nó tranſeat, quæ ſi militet in particulari, idem in eo erit.

Iſtud dictum Bar. quatenus impugnat Dyn. & quatenus vult Bar. dominiũ ſtatim non tranſire in vniuerſali, quia res particulares veniant tacite, aut in conſequentiam impugnant Imol. & Moder. hic vt per Iaſ. col. 15.nu.70. per tex. in.l.grege.infra eo.& in.l.ſi peculium in prin.ỹ. de pecul.lega in quibus probatur ꝙ legato iure vniuerſitatis tranſeunt corpora in ea contenta ſtatim licet veniant in conſequentiam, nam in .d.l.grege.dicitur ꝙ grege legato quæ poſtea accedunt ad legatariũ pertinent, ergo ſtatim tranſit ius in legatarium, quia aliàs ad eum non pertinerent. Sed ille tex.neceſſariò hoc nó probat, quia non ſequitur pertinent ergo iure dominij cum poſsit verificari verbum pertinẽt reſpectu actionis perſonalis.l.verbum illud pertinere, & .l.ſciendum.§.fi.ff.de verb.ſigni. Doct.in.c. bene.in princ.de appella. Sed melius hoc probatur in.d.l.ſi peculium. in ver. vendicabuntur. ſed aduertendum, quia Imol.& Moder. allegant.l. ſi grege,in ver. vendicari.ỹ.eo.quæ etiã probat.

Ias. hic nu.70.dicit Bar. ſaluari poſſe, quia loquitur in relicto vniuerſali hæreditatis, quæ dicitur vniuerſitas iuris.l.hereditas.ff.de peti.heredi. Sed tex.in.d.l.grege.loquitur in vniuerſitate facti, & in.d.l.ſi peculium, loquitur in vniuerſitatem mixta facti & iuris, ſed iſta reſponſio Ias. ſolum diuerſificat caſus non reddita aliqua ratione diuerſitatis.contra glo.in.l.ſed & ſi lege.§ item ſi rem diſtraxerit.ff.de petitio. hæredi.Præterea contra Ias.facit, nam iſta diuerſificatio nó pòteſt procedere in corporibus quæ gregi poſtea acceſſerunt, nam dici non poteſt, ꝙ teſtator principaliter intenderet legare quod adhuc non erat magis in grege quàm in hæreditate, & tamen tranſeunt ad legatarium.d.l.grege.& idẽ in corporibus aut rebus quæ peculio acceſsiſſent .d.l.ſi peculium.

Soci.hic col.3.nu.7.conſiderat pro defenſione Bar.ꝙ Bar.loquitur in vniuerſitate iuris quæ remanet etiã extinctis corporibus pròut eſt hæreditas, contraria loquuntur in vniuetſitate corporum ſine quibus vniuerſitas dici non poteſt, imò ſine eis etinguitur, ob id in tali vniuerſitate corpora cenſentur legata, ſed fateor ꝙ corpora cenſentur legata, ſed non magis quàm in hæreditate, rurſus iſta ratio Soci. non videtur procedere in vniuerſitate peculij quæ conſiſtit etiã in iure, & continet iura actiuè & paſsiuè.l.peculio legato, &.l.ſi peculium.ff.de pecul.lega. ſed fortius contra Soci. facit, nam ſicut vendita hæreditate non agitur ex edilitio edicto pro rebus ipſius hæreditatis, ita nec vendito peculio agitur ex edilitio edicto pro rebus particularibus ipſius peculij.l.proinde.ff.de edil. edict. Præterea iſta ratio Soci. non poteſt procedere in augumento quod vniuerſitati acceſsit, & quod expreſsè legatum dici non poteſt cum non eſſet tempore teſtamenti.

Ex præmiſsis infertur ꝙ prima ratio Bar. quare in vniuerſalibus non fiat tranſitus ipſo iure non videtur bona, ſed melior videtur ſecunda ratio Bar. quia in fideicómiſſo vniuerſali actiones ſemel cópetierunt hæredi, ideò ab eius perſona auelli nó poſſunt ſine facto eius, nam poſtquam bona facta fuerunt hæredis perinde videtur reſpectu tranſitus ac ſi res aliena aut hæredis legata eſſet, & ſicut teſtator rem alienam aut hæredis ſtatim in alium transferre non potuiſſet ſine voluntate domini, ita noluit lex illius dominium tranſire & facere quod teſtator facere nó potuiſſet.

Et ſi dicatur quare non fingitur tranſlatum
dominium rerum particularium fideicommiſsi
ante aditionem ſicut in legato particulari cum
aditio poſsit ſubſtantiari & conſiſtere in ſolo iu
155 re vniuerſali? Reſpondeo † ꝙ lex non fingit có
tra expreſſam voluntatem defuncti, qui voluit
res prius acquiri hæredi, nec plus operari debet
fictio quàm veritas .l. filius .ff. ſi cer. peta.l. liber
homo.ff. de acqu. rerum domi.c. litteras de tem
po. ord.c. debitum de Biga. ſed ſecundum veri
tatem fieri non poteſt, vt ꝙ vni quis acquiſitum
eſſe voluit alteri acquiratur, ergo nec per fictio
nem.

Secundò reſpondeo ꝙ vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri.l. eum qui ædes.ff. de vſucapio. ideò partes fideicommiſsi debent regulari ſecundum ſuum totum.c. cum non liceat de præſcriptio. & turpe videtur partem vniuerſo ſuo non congruere .c. qui contra.8. di. conſequenter ſicut ius ipſum vniuerſale fideicommiſsi non tranſit ſine reſtitutione, ita nec ſingulæ res ipſius fideicommiſsi, quæ ratio nó militat

in reli

in relicto particulari quod ab aliquo toto regulari non debet, cum ſub aliquo toto non contineatur.

Tertiam rationem quare fideicõmiſſum vniuerſale ſtatim non tranſeat ponit Salic. de quo Moder. mentionem non faciunt poſt Iacob. & Cyn. in .l.i. in prin. C. com. de lega. quia ſi fidei cõmiſſum vniuerſale ſtatim tranſiret, hæres non reperiretur honoratus, quo caſu fideicõmiſſum non teneret .l. ab eo. C. de fideicom. Sed iſta ratio non eſt generalis, quia non procederet quã do hæres grauaretur reſtituere ſolum partẽ hæreditatis, quo caſu remaneret honoratus in alia.

Et quia iſta materia tranſitus legati ampla eſt & confuſa, ideò vt clarior habeatur, faciam regulam cum ampliationibus & limitationibus, licet examinari etiam poſſet ſuper doctri. Bart. infra dum tractat de actione reali pro legatis ſed tanto breuius ibi inſiſtemus. Itaq; regula habe-
156 tur † ꝙ dominium rei legatę ſtatim tranſit in legatarium particularem à morte teſtatoris .d.l. à Titio. ff. de furtis .l. ſi ſeruus legatus. ff. de noxal. .l. legatum ita. ff. de lega. 2. l. vnica. §. in nouiſſimo .C. de cadu. tollen. quod introductum fuit ob cauſam tranſmiſſionis, ne aliàs pereat legatũ mortuo hærede ante aditionem, ideò in legatis tranſmiſſibilibus non cedit dies ante aditam hæ reditatem .l. 2. & .3. ff. quan. dies leg. ced. & ſi dicatur, licet ceſſet fauor tranſmiſſionis, militat tamen fauor in alio quo plures actiones habeat legatarius. Reſpondeo, ꝙ actiones non poſſunt moueri per legatarium ante aditam hæreditatẽ, ideò ſatis eſt, ꝙ tranſeat dominium legati ab adita hæreditate.

Ampliatur iſta regula vt procedat non ſolum in dominio, ſed etiam in iure ſeruitutis realis, nam tranſit ſeruitus in legatarium recta via .d.l. ſi partem. §. i. ff. quem. ſerui. amittat. l. ſi. ff. de ſer tu. lega. glo. in .d.l. corruptionem .C. de vſufr. Bart. hic col. 2. in fin. & Ias. col. 21. poſt mediũ verſi. ſecundò amplia. quod procedit ſiue relin quatur ſeruitus per viam legati ſeu fideicõmiſſi vt ſupra dictum eſt, quicquid aliter tentauerit, Ias. col. ii. in fin. nu. 52. & col. 14. nu. 65. Sed di cet aliquis regula loquitur de tranſitu à morte teſtatoris, ſed tex. in .d.l. ſi partem. dicit legatũ cedere ab adita hæreditate. Solutio, quod dicitur in regula, trãſire ius à morte teſtatoris, procedit reſpectu tranſmiſſionis in legatis tranſmiſſibilibus ne alias pereant mortuo legatario ante aditam hæreditatem, ab adita autem hæreditate cedunt reſpectu obligationis & petionis, quia ante non obligatur hæres nec peti poſſunt conſequenter nec præſcribi poſſunt ante aditam hæreditatem, quia non valenti agere præſcriptio non currit .l. 1. in fin. C. de annali excep. ideò in caſibus in quibus legatum tranſmitti non poteſt prout in libertate aut vſufructu aut alio iure perſonali non cedit dies niſi poſt aditam hæreditatem .l. 2. & .3. ff. quan. dies leg. ced. fruſtra enim cederet dies à morte teſtatoris cum ad hæredem non tranſeant, nec peti poſſint ante aditam hæreditatem, vt dicit tex. in .d.l. 3. no. glo. & Doc. in .l. vni. §. in nouiſſimo .C. de cadu. tollen. & licet gloſ. in .d.l. 2. velit etiam in ſeruitute reali nõ cedere diem à morte teſtatoris quoad tranſmiſſionem, tamen reprobatur per Doct. in .d. §. in nouiſſimo. per .l. pecoris. cum .l. ſeq. ff. de ſer ui. ruſti. præd.

Secundò ampliatur vt procedat etiam in ſeruitute perſonali vſuſfructus .l. ſi Titio fundus. ff. de vſufru. leg. quem tex. ad hoc citat Ias. hic col. ii. in fi. nu. 52. & col. 21. poſt med. verſi. ſe-
157 cundo amplia. Comprobat † Soc. hic col. 4. nu. 9. nam ſi tranſit ſeruitus realis quæ debetur rei à fortiori perſonalis quæ debetur perſonæ, Sed iſta ratio Soci. retorquetur, quia facilius tranſeunt iura realia quàm perſonalia, nam realia tranſeunt cum ipſa re .l. cum fundo. ff. de ſerui. ruſt. præd. perſonalia autem à perſona non ſeparantur .l. pen. ff. eo. tit. facit text. in .l. quis ergo caſus. ff. de pecul. Similiter videmus ꝙ actiones reales directè tranſeunt ſimul cum ipſa re .l. ſed ne legatarius. ff. de condi. furti. Bar. & Bal. in .l. ſi. .C. de lega. Ias. in .l. ex legato nominis .C. eod. tit. ſed actio perſonalis directa non tranſit .d.l. ex legato nominis. Intellige tamen hanc ſecundam ampliationem ꝙ vſuſfructus tranſit ipſo iure ab adita hæreditate.

158 Sed contra iſtam † ampliationem tenet Are. hic col. ii. verſi. tertio videtur poſſe limitari per tex. cum glo. in vltimo intellectu. in .l. ſi ab hærede. ff. ſi vſuſfru. pet. vbi apparet, ꝙ hæres poteſt conſtituere ſeruitutem in prædio cuius vſuſfructus alteri legatus ſit, quod fieri non poſſet ſi ius vſuſfructus ſtatim tranſiret in legatarium, & dicit glo. ꝙ ideò valet impoſitio ſeruitutis, quia vſuſfructus nondũ erat conſtitutus, & licet glo. prius det alios intellectus, ꝙ legatum eſſet condicionale, aut in diem, vel quòd res legata eſſet hæredis, tamen vt dicit Aret. omnes illi intellectus ſunt diuinatiui.

Ad illum text. reſpondet Soci. ꝙ vbi hæres tenetur ad intereſſe quia non præſtat patientiam, quam tenetur præſtare, licet tranſeat ius vſuſfructus. Sed iſta ſolutio Soci. nihil valet, quia procederet quando hæres poſt acceptum legatum turbaret vſumfructuariũ. Sed tex. in .d.l. ſi ab hærede, dicit hæredem teneri pro factis per eum ante petitionem vſuſfructus. Secundò iſta ſolutio Soci. non poteſt procedere reſpectu impoſitionis ſeruitutis, quam tex. præſupponit valere, ſed procedit tantum reſpectu intereſſe, Cæterũ ſi vſuſfructus ſtatim tranſiret, non teneret impoſitio ſeruitutis in re aliena, ſeu cuius vſuſfru. ad alterum pertinet, vt ibi dicit gloſ. Tertiò iſta

ſolutio

ſolutio Soci. eſt contra illum tex. qui dicit tenezri hæredem ad intereſſe deteriorationis non turbationis.

Breuiter opi. Areti. videtur contra tex. in. l. 2. ff. quan. dies leg. ced. in. l. ſi Titio fundus. ff. de vſufruc. leg. & contra iura alleg. in hac ſecunda
159 ampliatione, nec obſtat † d. l. ſi ab hærede. ff. ſi vſufru. pet. quia debet intelligi ſecundum priores intellectus gloſ. in legato condicionali vel in diem. nec dicuntur diuinatiui ex quo ita poſſunt concordari. l. non eſt nouum. l. ſed & poſteriores. ff. de legibus. Simile videmus in duobus ſtatutis quæ videntur inuicē contrariari ꝙ debēt reduci ad concordiam per diſtinctionem ſi fieri poſſit, ne inuicem contrarientur. Io. And. poſt Io. Mona. in. c. i. de conſti. lib. 6. & in. c. i. de iureiuran. eodem lib. Gemin. in conſi. 62. col. 2. in fi. Et in legibus, ꝙ vna debeat intelligi ſecundum aliam ne inuicem contrarientur, tradit Alex. in l. cum filio. col. 5. poſt med. infra eodem. Præterea tex. in. d. l. ſi ab hærede. nihil dicit, ꝙ ſeruitus legata ſtatim non tranſierit, tantum præſupponit impoſitionem ſeruitutis valere, ergo debet intelligi eo caſu quo valere poteſt. l. qui teſtamēto. ff. de teſta. ſed an procedat iſta ſecunda ampliatio in legato vſuſfructus earum rerum quæ vſu conſumuntur, dicam. j. in tertia fallentia.

Tertiò ampliatur vt procedat etiam in legato vniuerſitatis corporum. d. l. ſi grege. in. ver. vendicari infra eo. Idem in vniuerſitate mixta. l. ſi peculium. infra. de pecul. lega Idem in legato dotis quod æquiparatur legato peculij. Ita Iaco. Nigri hic col. 35. in prin. Sed aduerte contra Iaco. Nigri, nam aut legatur dos in aliquo fundo, & tūc res videtur ſine dubio quia ſumus in legato particulari, aut legatur dos in pecunia generaliter, & tunc non tranſit vt infra videbimus in limitationibus, aut legatur dos ſimpliciter & ſine vlla determinatione alicuius rei, aut quantitatis, & tunc minus tranſit, Si autem legatur dos in qua erant corpora mulieris etiam ſine legato reuertitur dominium ad mulierem mortuo viro. l. in rebus. C. de iure dotium.

160 Quartò ampliatur † vt procedat non ſolum quando legatur res particularis, ſed etiam ſi legetur rei vendicatio re poſſeſſa per tertiū, nam adhuc ſtatim tranſit dominium in legatarium. Bal. in. l. ſi creditoris. C. de fideico. & in l. i. col. 2. C. com. de lega. Ias. hic col. 25. poſt med. verſic. amplia. duobus modis, & Nig. col. 38. ante med. verſi. 3. amplia. Pro quo adducitur tex. in. l. ex legato nominis. C. de lega. Per quam. l. apparet, ꝙ etiam ſi legatur nomen debitoribus, aut actio perſonalis, tranſit actio vtilis ſine ceſſione. Tradit Anchar. in conſi. 3. ſed quid ſi hæres mandat actiones directas aut actionem cedit? Dic ꝙ directa ſemper remanet apud hæredem, nec poteſt legatarius intentare directam ſuo nomine, ſed oportet eam intentare nomine hæredis. Pau. de Caſt. in. l. ſi pecunia. & l. ſequen. infra eo.

161 Quintò ampliatur † vt procedat etiam reſpectu dominii directi, quod tranſit ſtatim in legatarium. l. Papinianus. ff. de ſeruitu. d. l. à Titio. ff. de furtis, quæ duo iura ad hoc citat Sali. in. l. i. §. i. col. 2. circa med. verſi. nunc quæro. C. com. de lega. probant autem illa iura hoc modo, nam ſi directum dominium maneret apud hæredem & vtile tantum tranſiret, confuſa eſſet actio noxalis quæ domino non competit. Similiter in. d. l. Papinia. iuncta declaratione glo. ſi fundus ſeruiens eſſet legatus pure, non induceretur confuſio, quia nullum dominium manſiſſet apud hæredem, nam ſi maneret directum, induceretur confuſio. Idem ꝙ tranſeat dominium directum in legatarium, tradit Bar. in. l. in rem. ff. de rei vendica. Areti. in. l. 3. §. ex pluribus. col. pen. ff. de acquir. poſſeſ. Et ſicut tranſit directū dominium in legatarium, ita etiam tranſit directa actio, quia actio realis directa tranſit in legatarium ſingularem ſucceſſorē ipſo iure. l. ſed nec legatarius. ff. de condi. furti. ratio quia iura realia non hærent oſſibus noſtris, ſed ipſis rebus idò cū rebus tranſeunt. Bar. in. l. 4. col. 2. ff. de ſerui. Bar. & Bald. in. l. fi. C. de lega. Bar. in. l. nemo poteſt. col. 3. j. eo. Ias. in. d. l. ex legato. C. de lega.

162 Sed dicet aliquis † quæ vtilitas reſultat ex hoc vtrum tranſeat dominium directum, aut vtile? Reſpondeo ꝙ multiplex, & hic conſidero, ꝙ vtile dominium fideicommiſſarii dicitur adueriari directo ob id dicitur potētius ipſo directo. Bar. in. l. i. ff. de acquir. poſſeſ. Iaſ. in. l. i. in prin. nu. 21. ff. ad Trebellia. Sed tamen non eſt adeo potens vtile dominium fideicommiſſarii quin dominiū directū hæredis maneat alicuius vtilitatis prout in iuribus ſepulchrorum, & in iure patronatus, quæ remanent apud hæredem directum. l. quia perinde. ff. ad Trebellia. vbi Bar. & habetur in. l. cum filio. infra. eodem tit.

Secunda vtilitas propter implementum conditionis, de quo in. l. qui hæredi. infra de condi. & demonſtrationibus.

Tertia vtilitas habetur in. l. ſi hæres inſtitutus. in prin. infra ad Trebellia. nam ſi fideicommiſſarius rogatur reſtituere hæredi, tranſit fideicommiſſum in heredem habentem iura directa ſine alia reſtitutione, vt ibi not. glo. & Bar.

Quarta vtilitas, nam cum tranſeat vtilis actio tantum in fideicōmiſſarium vniuerſalem & ſolum vtile dominium: vtilis actio in multis eſt deterioris conditionis quàm directa, nam actio vtilis nunquam infamat vbi directa infamaret. Sali. in. l. i. col. 7. circa med. in. fi. nu. 13. C. de actio. & obligatio.

Quinta vtilitas, nam cum fideicommiſſarius ſolum habeat vtiles actiones & vtile dominium ſi illas cedit, aut reſtituit, nihil iuris apud eum

remanet, directa autem ſemper remanet apud cedentem, vt no.in.l.ex affe.ff.ad Trebellia.Sali. in.d.l.i.col.8.poſt med.C.de actio.& obligatio. Vtilitas autem an aliquid remaneat apud cedentem eſt quia poteſt cedens in certis caſibus liberare debitorem, vt habetur in.l.fi.ff.de tranſactio. & in.l.3.C.de nouatio. Effectus alii non breues conſiderantur inter actiones directas & vtiles,ſed ad præſens explicare non tempus ſuũ ſit.

Aduertendum eſt etiam dum dicitur, ꝙ dominium vtile contrarium directo eſt potentius

163 directo, nam † duplex eſt dominium vtile quod aduerſatur directo; Quoddã eſt quod aduerſatur ex voluntate habentis directum & ab eo deriuatur vt in dominio vtili fideicommiſſarii, & iſtud dicitur potentius, vt ſtatim declaraui, & ideò ſi hæres poſt reſtitutam hæreditatem agat contra debitorem hæreditarium, poterit debiter opponere, tu ceſsiſti iura tua fideicommiſſario.Bar.in.l.facta.§.ſi hæres.i.ꝗ.ad Trebellia.

Quodam eſt dominium vtile quod aduerſatur directo contra voluntatem tamen ipſius directi domini,vt quando acquiritur præſcriptione, & iſtud licet dicatur potentius directo, vt preferatur præſcribens etiam ſi agat contra dominum directum glo.& Docto.in.l.ſi quis emptionis.C.de preſcrip.30.vel 40.an.Corn.in cõſ. 14.col.pen.in prin.lib.3.Tamen nõ eſt æque potens ac illud quo acquiritur ſecundum voluntatem domini directi, Ideo tale dominium vtile quæſitum præſcriptione non extinguit dominium directum ipſo iure. Proinde ſi dominus directus agit contra tertium poſſeſſorem,non poterit tertius poſſeſſor opponere de vtili dominio præſcribentis.d.l.ſi quis emptionis.§.i.Bal.

164 in conſil.9.factum tale eſt col.pen.lib.i.

Sexto ampliatur † vt procedat etiam in quaſi dominio,ſeu publiciana, nam in caſibus in quibus tranſit dominium ſine traditione, tranſit etiam quaſi dominium.l.cum ſponſus.§.i.ff. de publicia. vbi reſtituta hæreditate verbo tantum, competit fideicõmiſſario publiciana, ratio quia reſtitutio verbalis quemadmodũ operatur tranſlationem dominii, ita & quaſi dominii. tradit Bar.hic col.fi.Ias.col. pen. & ꝙ vbi tranſit dominium ſine traditione, ibi etiam tranſeat quaſi dominium, voluit Alex.in conſi.88.in fi.lib.2.

Sed intellige ꝙ legatario competit publiciana ex perſona defuncti quando res non fuit tradita hæredi, nam ex perſona ipſius hæredis competere nõ poteſt ſine traditione.l.i.& 2.vbi glo. & Bar.ff.de publicia. Bar. in.d.l.cum ſponſus.§. i.Alex.in conſi.98.col.2.circa fi.lib.2. Et ſi dicatur, quæ vtilitas conſideratur vtrum competat publiciana legatario ex perſona ſua, aut ex perſona defuncti modo competat? dico magni referre propter modum articulandi & probandi, nam vbi competit ex perſona legatarii debet articulari, & probari de poſſeſsione ipſius legatarii cum bona fide & titulo habili ad tranſlationem dominii, ſed vbi competit ex perſona defuncti, debet articulari & probari de poſſeſsione ipſius defuncti cum bona fide, & titulo eiuſdem defuncti habito ab alio & ipſo legitimo ad acquiſitionem dominii, ſi tradens fuiſſet dominus.ita Alex.in.d.cõſi.98.col.2.circa med. lib.2.

Septimò ampliatur vt procedat licet res legata eſſet in dominio teſtatoris reuocabiliter, quia adhuc tranſit dominiũ illud reuocabile.l.ſi fundum ſub conditione.§.ſi Titius.ff.de lega.i.vbi Bar.Paul.de Caſt.& Doſt. Per quem tex. confunditur dictum Bal.in.l.fi.ff.de condi.inſti. vbi vult ꝙ dominium reuocabile alteri quæri nõ poſſit, & Bal. impugnat Areti. licet illum tex. nõ alleget in.l.qui in aliena.§.interdum.prope fi.ff. de acqu.hære.refert Iaco. Nigri hic col.38.poſt prin.nu.65.

Octauò ampliatur vt procedat etiam in dominio rei legatæ vſq; ad certum tempus, quia adhuc tranſit dominium ꝙ durat pro illo tempore, & eo finito reuertitur ad hæredẽ.l.ſi.vbi Docto.C.de lega. auten. cui relictum.C.de in dicta viduita.tollen.Iaco.Nigri poſt Crotũ hic col.38.verſi.quarto ampliatur.Sed aduerte,quia iſta non videtur ampliatio, imò minus dubium videtur ꝙ reuertatur dominiũ ipſo iure ad eum penes quem ſemel fuit quàm de nouo tranſeat. arg.l.in rebus.C.de iure dotium.&.l.ſi hæres inſtitutus, in prin.infra.ad Trebellia.

Nonò ampliatur vt procedat licet dominium fuerit acquiſitum mortuo teſtatore completa præſcriptione per heredem vel hæreditate iacente ante traditionem, nam dominium tranſit in legatarium ſine traditione hæredis.glo.& Bald. in.l.i.§.fi.ff.de eo per quem factum erit. quod comprobat Alex.duobus modis hic col.10.nu. 22.& Ias. col.pen.nu.107.& Nig.col.39.nu.66

Contra hanc ampliationem arguit Iaſ.in.l.cũ alienam.col.3.in ſexta limitatiõe.C.de lega. ſed reſponde ꝙ arg. Ias.procedit in re aliena in qua teſtator nullũ ius habet, ſed hic habet quaſi dominium.

Secus tamen in legato rei alienæ emptæ per hæredem, quia licet hæres ſit factus dominus per emptionem & traditionem, tamen dominium non tranſit in legatarium ante traditionem hæredis Bar. in.l.Titio centum in prin.ff.de condi. & demon. dum opponit de.l.filiusfamilias.§.diui.infra.eo.& põderat Pau.de Caſt.in.d.l.Titio. cẽtum. Tradit Iaco.Nigri poſt Crotum hic col. 39.nu.66.vbi rationẽ diuerſitatis aſsignat, quia vbi perficitur præſcriptio mortuo teſtatore, acquiritur dominium tanquam de re teſtatoris, ſecus in re aliena empta per hæredem, quia acquiritur dominium hæredi.

Decimò ampliatur vt procedat etiam de perſona legatarii in ipſum heredem, nam ſi teſtator legat alicui ad certum tempus, finito illo tempore reuertitur res ipſo iure ad legatarium.d.l.ſi.C.de lega.

Vndecimò ampliatur vt procedat licet vnum ſit in obligatione legati, & aliud in ſolutione, aut facultate ſoluendi, nam tranſit dominium rei legatæ ipſo iure, nec talis facultas ſoluendi aliud impedit tranſlationem dominii.l.ſi quando.§.hæres, vbi Bar.infra eodem, puta ſi relinquitur fundus & ſi hæres nolit fundum dare, relinquitur pecunia.

165 Duodecimò ampliatur † vt procedat etiam in legato nominis debitoribus aut actionis perſonalis, nam actio vtilis ſtatim tranſit in legatarium ſine aliqua ceſſione.d.l.ex legato nominis.C.de lega.& tamen actio perſonalis vtilis regulariter non tranſit ſine ceſſione.l.cum is.ff.de fideiuſſ.l.modeſtinus.ff.de ſolutio.l.ſi minoris.ff.de admini.tu.l.alterius.§.fi.ff.de tutel.& ratio diſtra.l.ſi res obligata.in fi.infra.eo.l.i.C.de actio.& obliga.vbi Sali.col.5.in ſeptima oppo. rationem duplicem aſsignat. Et ſi dicatur quare non tranſit actio perſonalis directa in legatarium ſicut tranſit vtilis? Reſpondeo ꝙ eadem ratione qua non tranſit dominium rei alienæ, quia teſtator directam transferre non poteſt in ſingularẽ ſucceſſorem expreſſe cum ab oſsibus auelli non poſsit.l.quis ergo caſus.ff.de pecul.no.in.l.3.ff.pro ſocio.ob id abſurdum fuiſſet ſi lex diſpoſitũ haberet per fictionem quod teſtator ad veritatẽ præſtare non poterat, ideò licet hæres mandet directas actiones legatario, illas tamen non exercet legatarius ſuo nomine ſed hæredis, vt ſupra dixi in quarta ampliatione.

166 Decimotertiò poteſt † ampliari vt procedat non ſolum quando immediatè legatur res, ſed etiam quando teſtator mandat rem vendi certo precio, vt facta venditione per hæredem vel ea habita pro perfecta, ſtatim tranſeat dominium in legatarium, tenendo opin. Bar.in.l.vxorem.§.agri plagam. infra tit.ſecund. quam Bar. opi. ego ſequor, vt infra habetur in quarta fallentia ad hanc regulam.

167 Limitatur præmiſſa concluſio † vt non procedat in legato tacito ſeu quod tacite venit aut in conſequentiam quod non tranſit ipſo iure ſed traditione aut cõſtitutione hæredis eſt opus.l.teſtatrix.vbi Pau.de Caſt.ff.ſi ſerui.vendi.l.ſeruum filii.§.fi.ȷ.eo.l.damnas eſto.§.i.ff.de vſufr.lega.l.emptor.§.ancilla.vbi Bar.ff.de rei vendica.Bar.& Doct.hic in tertia regula, & dicit Socin.col.4.ꝙ opi. Bar.eſt communis. Idem dicit Ripa hic col.9.Sequitur Iaſ.col.ii.nu.50.Soc. in conſi.41.col.5.in fi.nu.25.lib.4.Alex.hîc col.7.in fi.verſ.cõſiderabã ꝙ alio modo, Deci.in.l.traditionibus col.fi.C.de pactis.& dixi ĩ tract. meo de antiq. tempo. in prima parte.nu.85.fol.49.

Sed contra iſtam fallentiam arguit Aret in.d.l.ſeruum filii.§.fi.per tex.in.l.ſi fundum ſub conditione.§.qui fundum.infra.eo.vbi ſeruitus tacite legata cõpetit ipſo iure. Ad illum tex. reſpondet Soci.hic.col.4.ꝙ ibi non erat legata ſeruitus tacitè, imò apparebat ex verbis legati ꝙ volebat teſtator includere ſeruitutẽ excipiendo villam aut ædificium, per quam exceptionem aut reſeruationem apparet ꝙ non fuit legatus fundus liber.ſed in.d.l.ſeruum filii. in fi. legatum ſeruitutis erat omnino tacitum cum cenſeatur legatus fundus qualis eſt, idest liber. eadem reſponſionem tacito Soci.tradit Ias.in d.l.ſeruum filii.§.fi.

Sed aduerte, quia in.d.§.qui fundum, nihil dictum eſt de ſeruitute, ideò videbatur fundus legatus liber. & reſponſio Soci.ſolum facit ꝙ teſtator excipiendo villam, aut ædificium cenſetur etiam reſeruaſſe aditum, ſed per hoc non dicitur aditum expreſsè legaſſe, nam etiam in.d.l.ſeruum filii.in fi.cenſetur teſtator legãdo vſumfructum fundi legaſſe ſeruitutem ad ipſum fundum, & tamen non dicitur legatum expreſſum.

Ripa hic col.9. circa med.dicit ꝙ in.d.§. qui fundum, non quæritur an ſeruitus cenſeatur relicta hæredi, ſed potius an cẽſeatur adempta credo quod legi debeat, ſed an potius cenſeatur excepta ita ꝙ non debeatur ſeruitus ipſo iure virtute legati, ſed virtute exceptionis villæ & ſoli, ſecus quando legatur fundus citra vllam exceptionem, aut reſeruationem, & hoc modo intelligendo ille tex. videtur facilis.

Sed iſta ſolutio Ripæ non tollit difficultatem, quia ea attenta ſequeretur ꝙ idem eſſet in exceptione ſolius ædificii ſine ſolo, & tamen tex.ibi vult ꝙ in tali exceptione ædificii non debeatur ſeruitus ipſo iure. Præterea ſi bene conſideres, iſta ſolutio Ripæ recidit in ſolutionem Soci.

Ideò puto aliter poſſe reſponderi ꝙ ſit differentia an legetur fundus diſtinctus ab altero fundo licet continuus aut contiguus, & tunc ſeruitus ipſo iure non tranſeat ex quo expreſſe conſtituta non eſt aut legata, & ita procedat.d.l.ſeruum filii cum ſimil. Aut legatur fundus & in eo fundo reſeruatur villa aut domus in ipſo fundo exiſtens vna cũ ſolo ipſius edificii, & tunc propter talem intrinſicitatem, quia reſeruatur res exiſtens intus in ipſa re legata debeatur ſeruitus ipſo iure, quæ differentia & declaratio videtur colligi ex ipſo.§.qui fundum.dum facit differentiam inter reſeruationem ædificii ſine ſolo, & ædificii cum ſolo, nam quando reſeruatur ſolũ apparet ꝙ vult habere ius in ipſa re, aut in ipſo ſolo, & ſanè fortius videtur ius habentis ſuperficiem cum ſolo quàm habentis ſuperficiẽ tãtũ.

Secundò contra Bar. adducitur glo.in.l.i.§.i.in ver.præſtetur.ff.ſi vſuſfructus pet. quæ vult ꝙ vſufructu legato iter tanquam pars ſeruitutis vẽ dicatur

dicatur, & ſic trāsfertur ius ipſo iure, quia pars eſſe non poteſt ſine ſuo toto, ſed illa glo. dicit ꝙ vēdicatur vſusfructus cum ſuis vtilitatibus, & ſic non dicit ꝙ ſeruitus principaliter vendicari poſsit, ſed petitur acceſſoriè, vt ſi quis in libello vendicet rem cum fructibus & expenſis nō per hoc petuntur fructus & expenſæ iure dominii.

Tertiò adducitur Bar. in l. ſi rem aliquam, col. pen. ff. de acquir. poſſ. vbi ſi conduco rem meam ſcienter ab eccleſia, transfertur dominium in eccleſiam ex tacita donatione ſicut per expreſſam, ſed dic ꝙ ibi interuenit ficta traditio propter cōductionem, quia conductor poſsidet nomine locatoris. l. quamuis. §. i. ff. de acquir. poſs. facit. l. quod meo, eodem tit. & ſic argumentum non procedit, quia arguitur de ficta traditione ad fictum titulum, ſeu de tacita traditione ad tacitū titulum, ſed conſtat traditionem efficaciorem eſſe ad transferendum quàm titulum tantum. l. traditionibus. C. de pactis. Præterea ꝙ ex conductione rei ſuæ transferatur dominium, non ita ſimplicirer procedit.

168 Quartò † adducitur Areti. in. d. l. ſi rem aliquam col. 8. vbi etiam tenet contra Bar. & cōtra hanc ſecundam fallentiam per tex. in. l. hæc ſi res. & l. ſi culpa. ff. de rei vendi. vbi probatur ꝙ ex titulo tacito, & ficta traditione trāsfertur dominium, quia ſolutio æſtimationis litis eſt titulus tacitus emptionis. l. i. ff. pro emptore. ideò ſi res ſit penes ſoluentem, transfertur dominium ſicut fit ex titulo expreſſo concurrente hac ficta traditione. l. quædam mulier. ff. de rei vendica. Sequitur Iaco. Nigri. hic col. 42. num. 70. Sed reſpōdeo, ꝙ imò talis titulus emptionis videtur expreſſus, nam expreſſe agitur quòd acquiratur ſoluēti res, & ob hoc ſoluitur litis æſtimatio, ſed in caſu. d. l. ſeruum filii, in fi. nullo modo agitur ꝙ acquiratur ſeruitus. Secundò reſpondeo, ꝙ ſaltem iſta emptio venit ex vi & natura actus, quo caſu tacita dici non poteſt, Bar. in. l. vxorem. §. agri plagam. ff. de lega. 3. Alex. hic col. 9. Tertiò reſpondeo vt ſupra proximè, ꝙ ibi concurrit ficta traditio re exiſtēte apud eum in quē dominium tranſit, nec Bar. & ſequa. idem negāt re exiſtente apud legatarium, ita quòd res illa in qua ſeruitus tacite legatur non ſit legata alteri, ſed pertineat ad hæredem tātum qui tenetur ad ſeruitutem, prout in iuribus allegatis per Areti. in quibus res non pertinebat ad aliquem tertiū, ſed ad eum tan-tum, qui accipiebat æſtimationem litis.

169 Quintò adducitur † contra Bar. rex. in. d. l. ſi grege. infra eo. in ver. vendicari. & in. d. l. ſi peculium infra de pecul. leg. vbi corpora gregis, aut peculii legati vendicantur, & tamen illa expreſsè non legantur, ſed in conſequentiam vniuerſitatis legatæ, vt probatur in. d. l. proinde. ff. de edil. edic. & in. l. i. C. de euictio. Sed reſpondetur ad iſta iura, ꝙ in eis corpora contenta ſub vniuerſitate non veniunt omnino tacitè & ex ſola mente, ſed expreſsè ex vi verborum, quo caſu legatum tacitum non dicitur Bar. in. l. vxorē. §. agri plagam, infra titu. 2. nam ſufficit aliquid eſſe in legato verbis generalibus, vt expreſſum dicatur. l. fi. C. quod cum eo. Bar. & Doct. in. l. prætor ait. in princ. ff. de oper. noui nuncia. Ias. in. l. fideiuſſor. §. meminiſſe col. 2. in fi. infra eodem. Sed dictum Bart. & fallentia iſta procedit in legato omnino tacito quoad verba, & quod venit ex mente tantum.

Sextò tenentes contra Bar. dicunt ꝙ opi. Bar. non probatur in. d. l. ſeruum filii in fi. & primo Are. ibi dicit, ꝙ ille aditus non debetur vſufructuario iure ſeruitutis, quia ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt. l. 2. §. rectè. ff. ſi ſerui. vendi. ſed debetur tanquam quędam cōmoditas facti quod factum cohæret perſonæ hæredis nec tranſit ad alium. §. ſed cum factum inſti. de ſtipul. ſeru. nā ſi eſſet ſeruitus, illa tranſiret. d. l. ſi partem. §. i. ff. quem. ſerui. amit.

Sed ad iſtud argumentum aut ad iſtam reſpōſionem Areti. reſpondet Socin. & Ias. hic, licet Ias. Socinum referat, ꝙ ſeruitus aditus non quæritur vſufructuario ſed hæredi proprietario, qui poſtea præſtat vſufructuario. Sed aliter reſpondeo ꝙ vſufructuario competit vſusfructus etiam in ſeruitute, nam competit vſusfructus in omnibus partibus totius, cuius vſusfructus legatus eſt glo. in. d. l. i. §. i. ff. ſi vſuſruct. pet. & ſic non obſtat reg. ꝙ ſeruitus ſeruitutis eſſe nō poteſt, quia illud procedit reſpectu proprietatis ipſius ſeruitutis, non ratione vſusfructus talis ſeruitutis, ſed legatum vſusfructus trāſit ipſo iure in legatariū, vt ſupra vidimus in ſecunda amplatione. Tertiò ego reſpondeo ꝙ ſolutio Are. confunditur per tex. in. d. l. teſtatrix. ff. ſi ſerui. vendi. vbi non agitur de acquirendo ſeruitutem vſufructuario, ſed hæredi proprietario cui tacitè legata dicitur à legatario, & tamen non tranſit ſeruitus ipſo iure, & ita ibi ponderat Pau. de Caſtro.

Septimò contra Bar. ꝙ eius intentio non probatur per. d. l. ſeruum filii, in fi. arguit Imol. ibi poſt Petr. nam legatum vſufructus ſolum cedit ab adita hæreditate. l. 2. ff. quan. dies leg. ced. l. vni. §. libertatibus. C. de cadu. tollen. ideò legatum ſeruitutis ſtatim tranſire non potuit, cum ante aditam hæreditatem fundus eſſet factus legatarii. d. l. à Titio. ff. de furtis, nam tempore cedentis legati vſusfructus, fundus de cuius ſeruitute paſsiua agitur, iam factus erat alienus, rei autem alienæ ſeruitus imponi non poteſt.

Sed iſtum intellectum Petr. reprobat Alexā. in. d. l. ſeruum filii. in fin. & in. l. ſi ſocer. §. Lucius col. i. ff. ſolu. matr. quia poteſt teſtator facere, ꝙ vbi res ſemel eſt facta vnius, dominiū eius transferatur in alium ipſo iure. l. fin. C. de lega.

Ad iſtud arg. Alex. reſpondet Nigr. hic col.40. in fi. ꝙ procederet ſi teſtator expreſsè grauaret legatarium in præſtando aditum, ſecus ſi tacitè. Sed aliter reſpondeo ad .d.l. fi. ꝙ procedit quando ſolum legatur res ad certum tempus, quo finito ceſſat dominium, ſed in .d.l. ſeruum filii, dominium fuit ſimpliciter legatum, ideò durante dominio ceſſat argu. Alex. & videtur procedere reſponſio Petri, & ſi dicas an non potuit teſtator rei ſuæ apponere legem quam voluit, & facere ꝙ ius ſeruitutis ſtatim tranſiret? Reſpondeo ꝙ ſic, ſi expreſsè diſpoſuiſſet, nam expreſſũ † dicitur fortius & potẽtius tacito, quia expreſſum prouenit ex indubitata mente diſponentis, tacitum autem ex coniecturis, ſed probatio fortior eſt coniecturis, quia in incertis non cer-
170 tis locus eſt coniecturis .l. continuus .§. cum ita .ff. de verb. oblig. Et ita in ſimili & in renunciatione expreſſa ꝙ dicat fortior tacita arguit Pau. de Caſtr. in conſi. 259. circa primum quæſitum dubitatio videtur col.i. in fin. lib. 1. & iſtum intellectũ Petri ſequitur Niger. hic col. 41. in fi. nu.69. vbi comprobat quia videmus ꝙ tacita hypotheca non competit in re alteri legata .l. ſi fideicommiſſorum .ff. vt in poſ. leg. glo. in .l.i. in ver. multis. C. com. de lega. Sed iſta comprobatio nihil valet, nam tacita hypotheca non competit, quia fieret contra mentẽ teſtatoris ꝙ vnus legatarius ageret contra alium, ſed ꝙ competat ſeruitus ſine qua vſus legati haberi non poſſet, hoc eſt ſecundum voluntatem teſtatoris, & ob id legatum tantum inducitur.

Octauò ad .d.l. ſeruum filii, in fin. reſpondet Rippa hic col.9. nu.33. ꝙ vbi ſeruitus non tranſit ipſo iure, nõ quia dicatur legata tacitè aut in conſequentiam, ſed quia dicitur legata ab hærede qui illam præſtare non poterat ſine facto legatarii. Sed iſta ſolutio Rippæ nihil valet, nam eſt eadem cum dicto aut oppoſitione, quia iſtud eſt de quo quæritur cur cenſearit legata ab hærede cuius fundus non erat, & cur nõ potius cenſeatur legata ab ipſo legatario cui fundus legatus erat vt ſic ſtatim tranſeat. Secundò iſta ſolutio Rippæ eſt contra tex. in .d.l. teſtatrix .ff. ſi ſerui. vendi. nam ibi ſeruitus cẽſetur legata ab ipſo legatario fundi, & tamen ius ſeruitutis ſtatim non tranſit.

Nonò cõſidero vltra alios, ꝙ ideò in .d.l. ſeruum filii in fin. & in .d.l. teſtatrix. ſeruitus ſtatim non tranſit, quia actio ſemel competiit legatario, nam à primo legatario in ſecundum ius nõ tranſit ſine ceſſione .l. Imperator. in princ. infra tit.i. nec poteſt ſtatim trãſire in legatarium vſusfructus cum legatum vſusfructus non cedat niſi ab adita hæreditate .d.l.2 .ff. quan. dies lega. ced.

Et tenendo iſtam op. contra Bar. non obſtat tex. in .d.l. teſtatrix. quia reſpondetur prout ſupra reſponſum eſt ad .d.l. ſeruum filii, ꝙ ibi legatum eſt à primo legatario, nec dici poteſt ꝙ cenſeatur legatum ab hærede, quia ab hærede ſibiipſi legari non poteſt .l. plane .§. duobus infra eodem.

Non etiam obſtat tenendo opi. contra Bart. tex. in .d.l. emptor .§. ancilla .ff. de rei vendica. quia reſpondet Alexan. in .d.l. ſi ſocer .§. Lucius col.i .ff. ſolu. matr. quòd ideò non competit filiæ vendicatio, quia filia poſſidebat, ſequitur Niger. hic col.40. in fin. Quæ reſpõſio videtur cõtra gloſ. ibi, vbi ꝙ ex verbis de quibus ibi ſolum competat filiæ exceptio non etiam quæratur actio eo quia ſolum fuerunt verba enunciatiua non inducentia diſpoſitionem. Conſidera ſi aliter reſponderi poſſit ad illum tex. ꝙ ibi non inducitur aliquod legatum tacitum, ſed ſolum filiæ acquiritur exceptio, conſequenter fruſtra quæritur an tranſeat dominium legati quod nõ eſt. Præterea vbi inducitur legatum ex illis verbis, illud eſt quoad exceptionem tantũ, quia nõ ſunt aliqua verba diſpoſitiua, nos autem loquimur in legato tacito quod reſultat ex verbis diſpoſitiuis, prout ex legato vſusfructus, vel quãdo inducitur legatum ex tacita mente diſpoſitiua, prout in .d.l. teſtatrix. Sed tamen Docto. communiter concludunt ꝙ in .d.§. ancilla. inducatur tacitum legatum, pro quo competit non ſolum exceptio, ſed etiam actio perſonalis ex teſtamento licet non realis cum dominium non trãſeat in legato tacito ſine traditione, nam ibi fuerunt verba enunciatiua prolata per modum cauſæ in eo ſuper quo ante diſpoſitum non erat, ob id diſpoſitionem inducunt etiam quoad actionem, vt dixi in tractatu de antiqui. temporis in prima parte num.83. fol.48.

171 Secundò fallit † dicta regula vt non procedat quando conſeruatur legatum de iure ſpeciali, puta quando hæres repudiat ex teſtamento nec adit ab inteſtato in fraudem, aut accepta pecunia vt hæreditas veniat ad alios, nam conſeruantur legata per edictum prætoris .ff. & .C. ſi quis omiſſa cau. teſta. Ita Bal. & Sal. in .l. fi. C. ſi quis omiſſa cau. teſta. quos refert Alex. hic col. 13. & licet Nig. hic col.42. in fi. dicat ꝙ Alex. infideliter Baldum refert. Dico ꝙ ipſe Niger. infideliter Alex. refert, nec eius verba conſiderauit maxime col.14. verſi. reſtat reſpondere, vbi Alex. expreſsè loquitur quando hæres dolo non adiit hæreditatem. Addo ꝙ dictum Bal. & Sali. ſequitur Soci. in .l. ſi ex toto in prin. col.i. in fi. infra eodem. Ad idem Alexan. allegat Ange. in .l.i .§. lex Falci .ff. ad legem Falcid. vbi ꝙ in caſu .l. mulieri & Titio infra de condi. & demon. & in legato non tranſit ſtatim dominium ex quo conſeruatur de iure ſpeciali, remiſſa cõditione ſi nõ nupſerit ſpeciali fauore matrimonii.

Sed contra iſtud dictum Bal. & Sali. & Ang. tenet Alex. hic col.13. per quatuor fundamenta.

Primò

Primò per text. in.l.i. in princ.C. com. de legat. vbi, ꝙ pro legatis pro quibus prodita eſt actio perſonalis etiam competit rei vendicatio & hypothecaria. Sed reſpondeo ad illum tex. tenendo opi. Bal. & Sali. quòd loquitur quandò competit actio perſonalis de iure communi non de iure ſpeciali de quo non cenſetur cogitatum. ſecundò ꝙ non procedit quotiens agitur actione perſonali ex delicto ex quo non oritur actio realis nec hypothecaria. per glo. in.l. reſcriptum in ver. hypothecas.ff. de pactis. Sed ad iſtud ſecundum reſpondet Ale. col.14. vt infra videbimus.

Secundò mouetur Alex. contra Bald. & Sali. per tex. in.l.i.C. com. de leg. aliter inducendo, nam ibi ideò concedit Imperator hypothecariã, quia teſtatores quandoq; illam concedunt, & ſic vult ꝙ perinde habeatur ac ſi teſtator conceſſiſſet quo caſu ſine dubio competeret. Sed reſpondeo verum eſſe argumentum quando lex concedit hypothecam, ſed iſtud eſt de quo quæritur an lex concedat, & dicitur ꝙ non quando conſeruantur legata de iure ſpeciali.

Tertiò arguit Alex. quia ſi verum ſit dictum Bald. & Sali. ſequeretur ꝙ in caſibus, in quibus competit actio in factum quando condicio habetur pro impleta de iure ſpeciali, de quibus per Bar. in .l. in teſtamento in fi. infra de conditio. & demo. nunquam competeret rei vendicatio, & hypothecaria. Ad iſtud reſpondeo veram eſſe conſequentiam, & iſtud eſt de quo agitur, ꝙ tamen procedit quando fit conſeruatio legati ex eo ꝙ conditio habetur pro impleta, contra verba & mentem teſtatoris, prout in.d.l. mulieri & Titio, ſecus ſi ſecundum voluntatem & mẽtem teſtatoris.

Quartò mouetur Alexan. quia attento dicto Bal. & Sali. ſequeretur ꝙ vbi conſeruantur legata per auctent. ex cauſa.C. de libr. præter etiam idem eſſet ꝙ nõ competeret rei vendicatio nec hypothecaria. Sed reſpondeo ꝙ per auctent. ex cauſa, non fit conſeruatio legatorum de iure ſpeciali fauore aliquorum, imò generaliter quoad omnes legatarios, & ſic de iure communi, vt dicit Ias. hic col.18. verſi. ſecundo amplia.

Sed vltra Alex. aliter impugno dictum Bald. & Sali. nam licet conſeruatio legatorum quæ fit ex titulo ſi quis omiſſa cau. teſta. videatur de iure ſpeciali, tamen fundatur in voluntate teſtatoris expreſſa qui voluit legata præſtari, ideò cum militet ratio inductionis realis actionis & hypothecarie quæ inductæ ſunt ad maiorem efficatiã voluntatis teſtatoris, milirare debet & ipſa diſpoſitio .l. illud .ff. ad legem Acquil. nec obſtat .d.l. reſcriptum cum glo. quia reſpondeo, vt per Alex. hic col.14. Sed vltra eum reſpondeo ꝙ niſi cõpeteret actio realis ſequeretur ꝙ melior eſſet conditio delinquentis contra tex. in.c. contingit, de dolo & contu. c. eum qui. extra de præben. libro ſexto.

Nec obſtat.d.l. mulieri & Titio, allegata per Ange. quia illa conſeruatio legati inducitur ſpeciali fauore matrimonii contra expreſſam voluntatem teſtatoris non mirum ſi ceſſant priuilegia inducta ex præſumpta mente teſtatoris ad maiorem eius firmitatem, nam ſi competerẽt priuilegia, inducta ad vnum effectum operarentur cõtrarium contra.l. legata inutiliter. infra. eodem.

Ex qua declaratione infertur ꝙ licet Alex. reprobet Ang. in.d.l.i.§. lex Falgidia, tamen videtur Ange. bene locutus, quia vt dixi, in.d.l. mulieri & Titio. conſeruatur legatum contra mentem diſponentis, ob id fieret pluſquam abſurdũ ſi haberet priuilegia inducta ad conſeruandum ipſam voluntatem.

172 Tertiò fallit † regula prædicta vt non procedat in legato vſusfructus earum rerum quæ vſu conſumuntur etiam præſtita cautione per legatarium de reſtituendo tantundem in genere, nam adhuc requiritur traditio, aut conſtitutio hæredis. Ita Anchar. in conſi.378. dubium principale, quod tamen eſt conſi. Petri de Matheſila. per tex. in.l. ſi tibi vini.ff. de vſufruct. earum rerum quæ vſu conſumunt.

De hac tertia fallentia dubitat Alex. hic col.9 in.fi. nu.20. per tex. in.l. fi.ff. de vſufru. earum rerum quæ vſu conſu. vbi ꝙ proprietas cenſetur legata per teſtatorem, ſi proprietas eſt in legato non vſus tantum, ergo facta oblatione cautionis per legatarium de reſtituendo tãtundem in genere, legatum habetur pro puro & perfecto, conſequenter debet tranſire dominium. per doctri. Bart. in.d.l. vxorem.§. agri plagam.ff. de lega.3. Et licet illa doctri. Barto. videatur reprobari per Alex. & alios in.l. ſi fideiuſſor.§.i. infra eodem. tamen illud eſt quia in caſu Bar. res ipſa, de cuius dominio quæritur, non erat in legato ſed factum venditionis, ſed vbi res fuiſſet in legato, tranſiret ſtatim dominium poſtquam contractus eſt perfectus aut habetur pro perfecto ſecundum Alexan. in.d.§.i. licet Ias. hic col.21. in fine ſimpliciter dicat ꝙ illa doctrin. Bar. in.d.§. agri plagam, non facit pro Alex. tanquam communiter reprobata. Præterea Alex. ſolum voluit allegare Bar. in hoc ꝙ facta oblatione cautionis legatum dicitur purum, ſicut in caſu Bar. oblato precio, venditio habetur pro pura & facta.

Soci. autem hic col.4. verſi. ſecundo limitata videtur dormiendo ſcripſiſſe, nam ſuſtinendo Ancha. dicit ꝙ dominium non tranſit ipſo iure niſi præſtita cautione, & reſpondet ad tex. in.d.l. fin.ff. de vſufru. earum rerum quæ vſu conſ. ꝙ licet proprietas ſit legata, tamen nõ tranſit ante præſtitam cautionem, nec ſequitur teſtator legat fundum, ergo dominium ſtatim tranſit, præſtita autem cautione dominium ſtatim tranſit, nec Anchar. hoc negaſſet. Neſcio quorſum tenderet

deret ſpiritus Socin. quando ita ſcripſit, nã vult
de ſenderere Ancha. quaſi Ancha. voluerit tran
ſire dominium ſtatim præſtita cautione ſine alia
traditione hæredis, & tamen iſtud eſt quod An-
char. expreſſè negat per tex. in. d. l. ſit ibi vini. Si-
militer Soci. vult impugnare Alex. quaſi dixerit
Alex. tranſire dominium ante cautionem; cum
dixerit Alex. illud tranſire demum præſtita aut
oblata cautione, & ꝙ ea præſtita non ſit neceſ-
ſaria traditio hæredis, & ſi Soci. voluit neceſſa-
riam eſſe præſtationem cautionis ſufficiat obla-
tio, fateor hærede acceptante, ſed eo recuſante
dico ꝙ ſufficit oblatio per doctrina Bart. in. d. §.
agri plagam.

17 Tenendo opi. Alex. punctus eſt & † difficul-
tas in reſpondendo ad tex. in. d. l. ſi tibi vini. ibi
tex. dicit ꝙ proprietas debet ad legatarium trãſ-
ferri. Sed reſpondeo ꝙ tex. non dicit quomodo
& qualiter transferri debeat, ideò debet intelli-
gi ꝙ debet transferri prout iure diſponitur ideſt
ipſo iure cautione præſtita, qua præſtita aut ob-
lata quando hæres recuſat acceptare nulla vide-
tur ratio diuerſitatis inter legatum proprii vſuſ-
fructus & improprii, imò maior videtur ratio
tranſeundi ipſo iure in vſufructu improprio, in
quo cẽſetur legata proprietas quàm in proprio
in quo proprietas non cedit, quæ reſponſio col-
ligitur ex mẽte & verbis illius tex. dum dicit ꝙ
proprietas debet transferri petendo cautionem,
nam dicit tex. & ab eo cautio deſideranda eſt, &
ſic trãſſertur proprietas per viã cautionis, nam
verũ eſt ꝙ proprietas transferri debet, nec illa
tranſlata dicitur ante præſtitam cautionem, non
tamen dicit tex. ꝙ præſtita cautione alia tranſla-
tio ſit neceſſaria.

Secundò reſpondeo ꝙ ille text. non dicit, ꝙ
tranſlatio proprietatis fiat ab hærede, ſed ſimpli
citer ꝙ debet transferri, ergo debet intelligi ſe-
cundum alia iura, ſilicet ipſo iure, & ſenſus illius
tex. eſt ꝙ in legato talium rerum trãsfertur etiã
proprietas, quo autem tempore trãſſeratur tex.
non loquitur.

Sed contra Alex. tenet Ias. hic col. 21. in fin.
174 num. 104. per † tex. in. l. i. §. ſi decem quæ in ar-
cha. ff. vt lega. nomi. cau. vbi quando alicui le-
gantur decem quæ in archa ſunt & eorundem
decem vſusfructus alteri, proprietas tranſit in
legatarium proprietatis, fructuarius autem petit
vſumfructum quinque tantum, & dicit ibi Bar.
ꝙ licet in tali legato veniat proprietas, illud nõ
eſt proprie, ſed ex quadam neceſſitate, quia ali-
ter fieri non poteſt, ideò cum intentio legantis
nõ dirigatur ad proprietatẽ, ſed ad vſumfructũ,
non competet rei vendicatio pro tali legato in-
troducta ex præſumpta mente teſtatoris, vt dicit
tex. in. l. i. C. com. de lega. & ita illum tex. adducit
Ias. ſed. ante Ias. illũ tex. adduxit Aret. hic col. 11.

Sed aduerte contra Anchar. ſeu verius Mathe
ſila. Areti. & Ias. nam poſito quod in legatariũ
talis vſusfructus non tranſeat niſi ex neceſſitate,
tamen non ſequitur quin poſt præſtitam cautio
nem ius talis vſusfructus tranſire debeat qualecũ
que illud ſit, ſicut tranſit ius veri & proprii vſuſ-
fructus & ſeruitutis realis, nec videtur neceſſa-
ria alia traditio hæredis, quia præſtatio cautio-
nis habetur loco traditionis, & ea præſtita po-
teſt vſusfructuarius ſtatim agere ſuper iuribus cõ
cernentibus proprietatem. l. i. in fi. ff. vſufructus,
quem. cau. ibi omnem curam rei ſuſcepit. l. i. in
fi. ff. de ope. noui nuncia. igitur ſi experitur vſu-
fructuarius ad cõmodum proprietatis ne pereat
aut deterior fiat, multomagis debet poſſe expe
riri ad commodum proprium pro iure ſuo. arg.
l. præſes. C. de ſerui.

Secundò pro hoc videtur caſus in. l. vxori. i. ff.
de vſufru. lega. vbi vſufructuario omnium bono
rum præſtatur fœnus nominnm ex contractu de
functi deſcendentium poſt præſtitam cautionẽ,
nec videtur bona expoſitio glo. ibi præſtabitur
ſcilicet ab hærede, imò debet exponi præſtabi-
tur ſcilicet à debitore.

Tertiò vſusfructuarius poſt impletam ſatiſda-
tionem debet fructus percipere à ſeipſo non de
manu hæredis, vt no. in. l. fundi. ff. de vſufructu
lega. & maxime in perceptione fructuum rei in
corporalis in qua ſola patientia habetur pro tra-
ditione. l. quotiens. ff. de vſufru. Per quæ tria fun
damenta ita tenet Anchar. in conſi. 3. Nec dica-
tur Anchar. ſibi contrarium, quia illud cõſi. 368.
non eſt Anchar. ſed Petri Matheſila. Sed quod
dicit † Anchar. poſſe vſũfructuariũ capere vſum 175
fructum à ſeipſo poſt ſatiſdationem non placet,
quia poſſeſſio legati non capitur propria autho-
ritate. l. non dubium. C. de lega. quæ. l. procedit
etiam in vſufructuario, vt ſupradictum eſt circa
intellectum. l. 3. ff. de vſufru. ſed certè licet ca-
piatur poſſeſſio de manu hæredis nõ propterea
ſit quominus tranſeat proprietas ipſo iure etiam
in vſufru. vt. ſ. diximus in ſecunda ampliatione.

Quartò etiam mouetur Anchar. per tex. cum
glo. in. l. ſi homo. ff. de vſuca. vbi ꝙ vſufructua-
rius tunc poteſt agere pro re in qua habet vſum
fructum quando præſtitit cautionem quaſi per
cautionem obligauerit ſe ad cuſtodiam & per-
miſſum ei ſit exercitium actionum.

176 Sed contra † Anchar. videtur obſtare tex. in
d. §. ſi decem quæ in archa. vbi etiã cautione præ
ſtita legatarius proprietatis ipſo iure vendicat to
ta. x. licet obſtet exceptio in quinque, ergo etiã
præſtita cautione non tranſit proprietas in lega
tarium talis vſusfructus. Sed reſpondeo verum
eſſe ꝙ ex quo proprietas legata non eſt ſed venit
in quandam conſequentiam, illa nõ tranſit ipſo
iure, cum rei vendicatio introducta fuerit in le
gatis ex mente teſtatoris quando teſtator legat
pleno iure. Rurſus cum veniat proprietas in cõ-

ſequen

ſequentiam non eſt mirum ſi non tranſit.d.l.ſeruum filii, in fi. Plane licet proprietas non tranſeat ipſo iure, tranſit tamen ius ipſum talis vſusfructus ipſo iure, & pro eo competit actio conſeſſoria, vt probat ille tex. in ver. petiturum, ꝙ refertur ad actionem realem.l.actio in perſona .ff.de actio.& obligatio.nam etiam in legato veri vſusfructus non competit vendicatio, quæ nó datur pro iuribus incorporalibus.l.vendicatio. .ff.de rei vendica.ſed datur cóſeſſoria.l.i.in prin. vbi Bar.ff.ſi ſerui.ven.& in legato vſusfructus, no. Bal. in.l.ii. in fi. prin.verſi. extra quæro.C. com.de lega. ideò nulla videtur differétia inter legatum veri vſusfructus & improprii niſi ratione cautionis. Qua præſtita etiam in vſufructu improprio ius ſtatim tranſit, proprietas autem non tranſit quia legata non eſt, ſed venit in cóſequentiam; ſed ſatis eſt ꝙ ſtatim tranſit ius ipſum vſusfructus & pro eo competit actio conſeſſoria, quam declarationem no. quia Areti. & Iaſ.nó videntur ad integrum intelexiſſe illum textum.

177 Quartò fallit † regula prædicta quando teſtator ſtatim, & directo non legat rem, ſed grauat hæredem vt vendat, ſi hæres vendit rem, vel habetur venditio pro perfecta, quia legatarius offert præcium hærede recuſante accipere, dominium ſtatim non tranſit in legatarium poſt venditionem perfectam, ſed traditione eſt opus, vt per Alex.in.l.ſi fideiuſſor.§.meminiſſe.infra. eodem. contra Bar.in.l.vxorem.§.agri plagam. infra titu. ſecundo.

Pro intelligentia iſtius quartæ fallentiæ duo videnda ſunt. Primum an hæres iuſſus.vendere dicatur obligatus actione perſonali ex teſtamento ſolum ad nudum factum venditionis, ita ꝙ facta venditione aut ea habita pro perfecta liberatus dicatur ab actione ipſa perſonali ex teſtaméto. An vero dicatur obligatus etiam ad tradendum, & dominium transferendum ſi non erat dominus puta redimendo dominium ita ꝙ agi poſſit actione perſonali ex teſtamento poſt venditioné perfectam vt rem tradat aut agi debeat ad tradendum actione ex cotractu ipſo venditionis & emptionis, ſi competit actio ex teſtamento, competit etiam realis, quæ ſolum introducta eſt in legatis eo caſu quo competit perſonalis.l.i.C.com.de lega. Secundum an vbi hæres iubetur fundum vendere, fundus dicatur eſſe in legato aut ipſa venditio tantum ſeu factum venditionis itaꝗ cenſeatur teſtator ſolum grauaſſe hæredem, vt venderet, non etiam ꝙ intenderet fundum legare. Si hæres dicatur grauatus in hoc tantum vt vendat, ſecuta venditione dominiú fundi non tranſit ſtatim in legatarium ante traditionem ex quo non agitur de legato fundi. Si fundus dicitur legatus & cenſetur grauatus hæres non ſolum vt vendat, ſed etiam vt fundum tradat, facta venditione, ſtatim tranſit dominium ſine alia traditione ex natura legati.

Circa primum Bar.in.d.§.agri plagam, voluit ꝙ hæres dicatur obligatus non ſolum ad nudum aut ſimplex factum venditionis, ſed etiam ad tradendum, & dominium transferendum, ob id ꝙ agi poſſit poſt venditionem cótra hæredé actione ex teſtamento vt tradat, & ſi dominus nó ſit, quia res ſit aliena vt eam redimat & dominium transferat. Ex hoc dicto Bar. ſequitur deciſio alterius quæſiti ꝙ fundus dicatur eſſe in legato, & conſequenter ꝙ ſi heres erat dominus fundi, ſtatim facta venditione, aut ea habita pro perfecta tranſeat dominium in legatariú opi. Bar. defendit Ias. in.d.l.ſi fideiuſſor.§.i.Fabia.de monte in tracta. empti.& vendi.in tertia parte princip. col.15.q.22.mouetur Fabia. quia teſtator cenſetur legare ius quod habet ideò ex quo eſt dominus videtur voluiſſe ꝙ dominium ſtatim tranſeat quam rationem ſequitur Nigri hic col.40. ante med.verſi.3.fallit, ſed iſta ratio nihil mouet nam procederet ſi teſtator immediatè legaret, & fateor ꝙ teſtator cenſetu legare ius quod habet tamen mediante facto hæredis.

Ideò Alex.& Doct. magis communiter tenét contra Bar. in.d.l.ſi fideiuſſor.§.i. ꝙ imò fundus non ſit in legato, ſed ſola obligatio ad vendendum conſequenter ꝙ ex teſtaméto agi non poſſit poſt venditionem, ſed ante vt vendatur. Secuta autem véditione ꝙ agatur ex contractu ad traditionem, quæ opi. contra Bart. videtur contra text. in.d.§. agri plagam. ponderando vt per Ias. in.d.l. ſi fideiuſſor.§.i. col.2. nume.7.8. vbi propterea Ias. dicit teneri poſſe opi. Bart. vt ſupra eſt dictum.

Ego puto ꝙ opi. Bart. ſit vera per text. in.l.ſi hæres.ff. de actio. empti. quem Bar. citat in.d.§. agri plagam, vbi quando hæres vendidit ex mádato teſtatoris, poteſt emptor agere non ſolum actione ex empto, ſed etiam ex teſtamento pro his quæ ſunt conſecutiua venditionis, ſi ſolum factum venditionis eſſet in legato, vtiꝗ; non cópeteret actio ex teſtamento poſt venditionem, quia ſolutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio. inſti. quibus mo. tolli. obli. in princ. nec Doct. ten entes contra Bart. reſpondent ad illum text. Et ſi competit actio perſonalis ex teſtamento, ergo etiam actio realis aut rei vendicatio, iſtam conſequentiam facit tex. in.l.i.C. commu. de lega. Alexa. hic col.13.poſt mediú verſi. videndum eſt vtrum iſta deciſio, & ratio huius conſequentiæ eſt quia lex voluit prouidere de reali quotiens apparet de volútate teſtatoris, ꝙ voluit aliquid præſtari ad iuuandum volútatem ipſius teſtatoris quo celeriorem conſequtur effectum.

Secundò pro opi. Bar. adduco tex.in.l.& am .§.i. verſi. idem erit dicendum.ff. de peti. hære.

vbi

vbi ſi teſtator grauat hæredem vt vendat hæreditatem alicui accepto certo pretio, emptor dicitur fideicõmiſſarius & tenetur ad onera, quia dicitur habere hæreditatem ex vltima voluntate non ex contractu inter viuos, ſi hæreditas non eſſet in legato aut fideicommiſſo, non diceretur emptor fideicommiſſarius, nec teneretur ad onera ſeu actiones paſsiuæ in eum nõ tranſirent .l.2.C. de hæredi. vel actio. vendi.

178 Tertiò conſidero pro opi. Bar. nam † in quolibet facto inſpicit̃ cauſa facti potiusquàm ipſum factum.l. verum.2.ff. de furtis.c. intelligentia de verb. ſigni. ſed cauſa grauandi hæredem vt fundum vendat, eſt fauor legatarii vt fundũ habeat cui teſtator voluit gratiam facere vel ratione vicinitatis aut alterius affectionis, ergo ipſum principale in legato eſſe dicendum eſt, non nudum factum venditonis, nam attenditur quod principaliter agitur.l. ſi quis nec cauſam.ff. ſi cer.pet. & cum cauſa finalis talis grauaminis fuerit vt legatarius ſundum haberet, à ſine ipſo denominatio fieri debet, cum finis ſit cauſa cauſarum. Ioa. And. in prooemio ſexti. & cauſa finalis dicitur ſons cauſarum, Bald. in.l. eam quam, col.2.C. de fideicom. Iaſs. in conſi.126.col.2. in fi. lib.4.

179 Quintò fallit † quando mulier legat fundum dotalem, cuius dominium ſtatim non tranſit in legatarium, quia diſpoſitio.l. in rebus.C. de iur. do. per quam ſoluto matrimonio dominiũ fundi dotalis reuertitur ipſo iure ad mulierem non procedit in fauorem hæredis aut legatarii mulieris Bar. in.l. Neſennius.§. ſi fundũ .ff. de re iudi. Bal. nouel. in tract. dotis in xij. parte col.18.q.5.

Sed dubitat Nig. hic col.43. in decima fallentia, quia illud dominiũ habitu & cauſatiuè erat apud mulierem, Sed certe conſtante matrimonio dominium rei dotalis non eſt apud mulierẽ habitu nec cauſatiue in præiuditiũ mariti. Bart. enim hic dum dicit poſſe ſtatim trãsferri ius per eum qui habitu aut cauſatiue illud habet, loquitur in eo qui ſtatim diſponere pôt de re in qua alius ius non obtinet, ſed durante matrimonio vir habet ius in re, ideo lex noluit inducere trãſlationem dominii ipſo iure eo caſu quo teſtator illud ſtatim transferre nõ potuiſſet, ne operetur fictio pluſquam veritas.l. filius.ff. ſi cer. pet.

Sextò fallit quatenus aſcẽdit quarta Falcidiæ, quia Falcidia reſecat ipſo iure legata.l. in quantitate. in fi.l. Plancius, &.l. linea.ff. ad legẽ Falc. ideò quatenus eſt rata Falcidiæ non poteſt tranſire dominium, quod iam reſecatum eſt, Pau. de Caſt. in.l. fi.C. ad legem Fal.

Septimò fallit in legato rei alienæ in quo dominium non tranſit ipſo iure .l. non dubium in fi. infra de lega.3. nã ibi non tractaretur de æſtimatione præſtanda ſi dominium tranſiret in legatarium, tradit glò. in.§. noſtra autem, in ver. per hypothecariam, inſtitu. de lega.

Ratio huius eſt, nam teſtator dominium rei alienæ expreſſè transferre non poteſt, ideò lex noluit iſtud introducere, argumen .l. qui ad certum.ff. locati.

Idem eſt in legato rei hæredis in quo etiam non tranſit dominium ipſo iure.l. ſi hæredis ſeruus, cum glo.l. ſi quis inquilinos .§.1. infra.eo.l. ſi tibi homo.§. ſi fundus.infra.eo.iuncta.l. ſi poſſor.ff. de rei vend. quæ duo iura ſimul iuncta ad hoc citat Sali. in.l.2. in prin. col.1. in fi.C. commu. de legat. Ad idem tex. in.l. magis puto .§. ſi fundus .ff. de reb. eorum, vbi quando teſtator legat ſundum ſuum, tutor reſtituit ſine decreto, quia nõ dicitur alienare tranſlato iam dominio in legatarium ipſo iure, ſecus vbi legatur fundus pupilli hæredis, quia tunc dominiũ nõ eſt tranſlatum, quem tex. ad hoc citat Areti. in.d.l. ſi hæredis ſeruus, ſed ante Areti. allegauit Bald. in .l.1. col.4. circa medi. verſic. quæro teſtator legauit .C. com. de legat.

Rationem aſsignat Rippa hic nu.27. quia vbi requiritur factum hæredis in perficiendo, non tranſit dominium ipſo iure. Sed iſta ratio non valet, quia ea attenta ſequeretur ꝙ etiam dominium rei propriȩ teſtatoris non tranſiret in legatarium cum requiratur traditio poſſeſsionis ad perfectionem legati.d.l. non dubium.C. de leg. ideo melior videtur ratio, quia teſtator non potuiſſet expreſſè transferre in legatarium ius hæredis, quod non habebat, ob id opus eſt, ꝙ trãſferatur dominium per ipſum hæredem. Rurſus noluit lex transferre dominium inuito domino aut ſine facto ipſius domini ideſt hæredis, Sed in rȩ teſtatoris adeſt voluntas & factum ipſius domini legantis. Ita Ias. hic col.21. nu.101. verſi. tertio requiritur, & fuit ratio Bart. hic col.3. poſt prin. vbi quando teſtator non poteſt immediatè transferre dominium vere nec cauſatiuè, nunquam illud directò & ipſo iure tranſit.

Præmiſſa concluſio ꝙ legatum rei alienæ aut hæredis non tranſit ſtatim in legatarium ſine traditione ampliatur, vt ꝓcedat licet dominus rei conſentiat legato, quia adhuc requiritur traditio niſi ſit res apud legatarium, Ange. in.l.1. circa fin.C. com. de lega. Iacob. Nigr. hic col.40. in prin.

Sed Ias. hic col.21. nume.103. contra Ange. ponderat Bar. hic col.3. vbi ꝙ ſi teſtator redimat rem alienam legatam, vel dominus conſentiat, videtur transferri dominium ipſo iure. Sed certe dictum Bar. non videtur poſſe ſuſtineri niſi quatenus loquitur de redemptione non reſpectu cõſenſus, quia ſolus conſenſus nõ operatur in trãſlatione dominii ſine traditione, nam hæres cenſetur teſtatori conſentire adeundo.§. hæres. inſtitu. de obli. quæ ex quaſi contra. & tamen dominium rei hæredis non tranſit ipſo iure, ſed dices ꝙ hæres non conſentit ſtatim niſi quando

adit

adit, Sed tamen etiam ſi ſtatim & expreſsè conſentiret, adhuc traditio requiritur .l. traditionibus.C. de pactis, & lex transferens dominium legati ipſo iure ſolum loquitur in rebus teſtatoris, in rebus autem alienis nihil immutatur ob id ſolus conſenſus non ſufficit.

Secundò ampliatur præmiſſa cõcluſio vt procedat licet hæres redemerit rem alienam legatã & ipſi hæredi ſit tradita, nam adhuc non quæritur dominiũ legatario ſine traditione hæredis. Bar. in .l. Titio centum in princ.ff. de condi. & demon. dum opponit de.l. filiusfamilias.§. diui. infra eodem Iacob. Nigr. poſt Crotum hic col. .39. nu.66.

Procedit nunc dicta concluſio ꝙ dominium rei alienæ ſtatim non tranſit in legatarium, quãdo res eſt omnino aliena, ſecus ſi teſtator in ea ius aliquod obtinet, quia illud ſtatim tranſit.l. ꝙ in rerum.§.i.l. ſi domus.§. ſi. infra eo.

180 Octauò fallit in legato † partis omnium bonorum, in quo non iranſit dominium ipſo iure .l. ſi quis bonorum, vbi Bar. & Doct. infra eod. vbi legata parte bonorum veniunt fructus à tẽpore moræ & tamen ſi dominium eſſet tranſlatum in legatarium, venirent fructus ab adita hæreditate.l. Herennius, vbi glo.ff. de vſuris. & ita tenent Doct. communiter in.d.l. ſi quis bonorũ & in.l. non amplius.§. ſi. eo. titu.

Contrarium tenet Imol. in .d.l. non amplius .§. ſi. ꝙ imò tranſeat dominium ipſo iure in legatarium certæ partis bonorum cum dicatur legatarius particularis, ergo idem dicendum quod in alio legato certæ ſpeciei.

Nec obſtat text. in. d. ſi quis bonorum. quia hæres ibi habet electionẽ ſoluendi bona vel æſtimationem.d.l. non amplius.§.ſi. ideò ne auferatur hæredi iſta electio fuit ſtatutum, ꝙ non veniant fructus niſi à tempore moræ licet dominiũ fuerit traſlatum. Quæ reſponſio nõ videtur bona, quia non impeditur electio licet veniant fructus à tempore aditæ hæreditatis, nam liberum eſt hæredi ſtatim eligere, aliàs ſequeretur, ꝙ lex voluerit dare occaſionem committendi moram in eligendo propter commodum fructuum. Similiter ſequeretur ꝙ facta electione per hæredẽ ſtatim venirent fructus etiam ante moram quando hæres eligeret à ſeipſo non ad inſtantiam legatarii, ita ꝙ ex electione ſola mora non conſideraretur.

Secundò modo reſpondet Lancel. Dec. in.d. .l. nõ amplius.§. ſi. & ſequitur Nigr. hic col.36. ante nu.62. ꝙ in .d.l. ſi quis bonorum.fructus veniunt à tempore moræ idest ab adita hæreditate, quia hæres moram committit ab adita hæreditate.l. æquis.ff. de vſur. glo. in.l. Paulus.eodẽ titu. Sed iſta reſponſio non ſatisfacit, quia verum eſt ꝙ hæres committit moram ab adita hæreditate in his quorum dominium tranſit aut à morte teſtatoris aut ab adita hæreditate ſecus in aliis, quia ad moram requiritur certa dies aut interpellatio vt habetur in.l. ſi ex legati cauſa .ff. de verb.obli. ideò dicitur ꝙ in actione ex teſtamento veniũt vſuræ à tempore moræ.l. in minorum.C. in quibus cau. in integer. reſtit. non eſt neceſſ. Iſtud non poteſt intelligi in his quorum dominium non tranſit in legatarium, puta in legato generis aut alternatiuo ante factam electionem, nam eſſet abſurdum ꝙ hæres diceretur in mora ante factam electionem ſtatim ab adita hæreditate.

Pro communi opi. Alex. in .d.l. non amplius .§. ſi. adducit duas rationes. Prima ratio eſt quia ſi ſtatim tranſiret dominium, hæres perderet facultatem ſoluendi æſtimationem facta iam executione à lege.l. apud Aufidium .ff. de optione lega. & quia quod noſtrum eſt ſine facto noſtro tolli non poteſt.l. id quod noſtrum .ff. de regu. iuris. Ad quod argumentum ſeu ad quam rationem reſpondet Nigr. hic col.36. circa mediũ in fin. nu.61. ꝙ imò non auſertur hæredi facultas ſoluendi æſtimationem, quia transfertur dominium reuocabiliter. Sed iſta reſponſio non valet, quia verum eſt ꝙ transfertur reuocabiliter reſpectu legatarii vt poſſit repudiare, ſed non reſpectu hæredis, alias eluſoria fieret tráſlatio, ideò idem Nigr. hic col.41. circa med. verſic. vel ſecundò reſpondet. ſequitur dictam rationẽ Alex. Sed contra iſtam rationem Alex. fortius facit ꝙ Bar. ſcribit in.l. ſi quando.§.hæres: vbi etiã Ange. infra eo. vbi quando vnum eſt in obligatione, aliud in facultate ſoluendi, non impeditur tranſlatio dominii, ſequitur Nigr. hic colu.38. circa prin.

Secundò mouetur Alex. in .d.l. non amplius .§. fin. quia tale legatum partis bonorum æquiparatur legato alternatiuo, in quo incertum eſt quid ſit in ſolutione ante factam electionem, ideò non tranſit dominium. Sed reſpõdet Nig. poſt .d. ſuum col.36. poſt med. ꝙ talis æquiparatio nõ procedit quia in legato alternatiuo vtrũque eſt in obligatione & petitione, ob id non tranſit niſi vnum dominium licet reuocabiliter ſoluta æſtimatione.

Sed iſta reſponſio non placet, quia qua ratione in legato partis bonorum tranſiret vnum dominium reuocabiliter, eadem videtur in legato alternatiuo, ꝙ tranſeat vnum dominium reuocabiliter altero remanente poſt factam electionem. Sed melius videtur confutari iſta ſecunda ratio Alex. per dictum Bar. in .d.l. ſi quando .§. hæres. infra eo.

Conſidero tamen pro communi opin. aliam rationem iudicio meo efficaciorem, ꝙ ideò nõ tranſit dominium in legatarium certæ partis bonorum ipſo iure, quia tale legatum dicitur incertum ante factam liquidationẽ cum deduci oporteat æs alienum.l. ſi quis ſeruum.§. ſi. & .l. ſeq.ff.

de lega. 2. quæ incertitudo impedit tranſlationẽ
dominii, l. 3. §. incertam .ff. de acquirenda poſ-
ſeſsione.

181 Nonò fallit † quando à primo legatario lega
tur alii, quia non tranſit ius, aut dominium in ſe
cundum legatarium ipſo iure, niſi facta reſtitu-
tione, aut ceſsione à primo legatario .l. Impera-
tor. in prin. ff. de lega. 2. l. ſi legatarius .ff. de leg.
.3. Bart. & Doct. hic in tertia regula, & Ias. col.
.16. nu. 73. Bal. in. l. 2. in lectura antiqua .C. cõ-
mu. de lega. & ibi Corn. per .l. ſi quis vſufructũ
.ff. de vſufru. leg. idem tenet Pau. de Caſt. in. d.
.l. ſecunda.

Sed contra iſtam concluſionem aut fallentiã
videtur tex. in. l. 2. §. & hæc .C. commu. de leg.
vbi ſecundo legatario aut fideicõmiſſario cui,
primus legatarius tenetur reſtituere competit
actio in rem, ergo neceſſariò tranſit in eum do-
minium. quem tex. allegat Rippa hic col. 9. in fi.
& reſpõdet Rippa ad. d. l. Imperator. & l. ſi lega
tarius. ꝙ loquuntur quantum ad effectum ne le
gatarius cogatur ſoluere de ſuo, ꝙ liberatur ce-
dendo actiones, ſed non ꝙ ius legati non tranſe
at ipſo iure. Iſta ſolutio videtur ridicula, ꝙ illa
iura voluerint inducere onus cedendi non ne-
ceſſarium, & ſine vlla vtilitate. l. hæc ſtipulatio. §.
diuus. ff. vt lega. no. cauea.

Ideò melior videtur ratio, ꝙ in .d. l. Impera-
tor, & .l. ſi legatarius. agebatur de legato quan-
titatis, aut pecuniæ ĩ genere, patet ex illis verbis
exegere & ſoluere, ſed dominium rei in gene-
re legatæ non tranſit in legatarium, cum poſsit
ſolui de pecunia, quæ nõ erat teſtatoris, & licet
teſtator haberet pecuniã, illam tamen in ſpecie
non legauit quominus poſſet hæres de pecunia
ſua aut aliena ſoluere, Sed quãdo legatur res alie
na aut hæredis non tranſit dominium ipſo iure
in legatarium; iſtam reſponſionem tradit Cro-
tus hic col. 12. licet reprobet Iaco. de Nig. col.
.23. poſt medium, tanquam diuinatiuam, ſed nõ
diuinat ponderando vt ſupra.

Sed tamen ad .d. l. 2. C. commu. de lega. reſ-
pondet Iaco. de Nig. hic col. 23. in prin. ꝙ de-
bet intelligi vt competat rei vẽdicatio facta ceſ-
ſione ſecundum alias .ll. aliàs oporteret dicere
alias. ll. eſſe correctas, ſed iſta reſponſio non ſatis
facit, quia aliæ .ll. non loquuntur in legato ſpe-
ciei, vt ſupra eſt dictum.

Et ſi dicatur ergo tu vis ꝙ vbi à legatario le-
gatur ſpecies quæ erat teſtatoris dominium tran
ſeat ipſo iure in ſecundum legatarium per. d. l. i.
.§. & hæc. C. com. de lega. Sed hoc attento ſequi
tur ꝙ eodem tempore dominium fuerit apud
ambos legatarios in ſolidum. Ad iſtud argumen-
tum reſpondet Ripa hic col. 9. in fi. ꝙ in ſecun-
dum legatarium tranſit dominium vtile; vult er
go Ripa ꝙ dominium vtile nũquam fuerit apud
primum legatarium ſed tantum directum.

Pro præmiſsis etiam, ꝙ vbi relinquitur fidei-
commiſſum à legatario tranſeat vtile dominiũ
in fideicommiſſarium ſine alia ceſsione, videtur
tex. in. l. ſi quis ſeruum. §. certam. ff. de lega. ii.

Sed ad illum tex. colligitur reſponſio ex dictis
Ange. ibi ꝙ erat cauſa legitima dandi actionem
vtilem, quia dubitabatur ne primus legatarius
grauatus fideicommiſſo dilapidaret bona, ideò
prouidetur de actione vtili ſine ceſsione. arg. l.
Imperator. ff. ad trebellia. Simile videmus ꝙ licet
fideicõmiſſario vniuerſali nõ competat actio,
niſi facta reſtitutione, tamen iſtud fallit quan-
do hæres alienat & dilapidat. l. ii. §. ſed quia, vbi
Ias. in quarto nota. C. com. de lega.

Contra iſtam nonam fallentiam etiam tenet
Nigri hic col. 23. nu. 40. per tex. ĩ. l. fi. C. de lega.
vbi eſt caſus ꝙ dominium poteſt transferri de
vno in alium.

Nec obſtat. d. l. Imperator. ff. de lega. ii. quia
illud de iure digeſtorum, quo iure dominium
trasferri non poterat de vno in alium. Alex. in
.l. ſed ſi non ſeruus. §. ſi incertum. in fi. quam le-
git ſimul cum. l. præced. ff. ad .l. Falci. Areti. in. l.
qui abſenti. §. i. col. penul. de acquir. poſſeſs.

Sed tamen idem Nigri ſtatim variauit eadem
col. 23. verſi. & ſic reſtat, vbi ꝙ opi. Bar. contra
Dy. optimè probatur in. d. l. Imperator, & hanc
opi. dicit cõmunem Crot. col. 12.

182 Sed tenendo † iſtam nonam fallentiam, opus
eſt videre rationem diuerſitatis, quare vbi lega-
tur ab hærede ſtatim tranſit dominium; ſecus
vbi à legatario. Bar. ſentit rationẽ, quia ea quæ
competunt hæredi aut legatario non tranſeunt
in legatarium niſi cedantur, nam ius fideicom-
miſsi vniuerſalis, quia competit hæredi, nõ tran-
ſit in fideicommiſſarium vniuerſalem niſi ceda-
tur, aut reſtituatur. ſimiliter ius legati, quia com
petit legatario, non tranſit in alium legatarium
niſi cedatur.

Sed ratio melior videtur conderabilis, quia ſi
ſtatim tranſiret ius in ſecundum legatariũ à pri-
mo, primus nunquam reperitur honoratus, cõ-
ſequenter legatum non valeret. l. ab eo. C. de fi-
deicom. Iſtam rationẽ colligo ex dicto Sali. in. l.
.i. in prin. C. com. de lega. vbi aſsignat rationem
diuerſitatis quare fidei commiſſum vniuerſale
nõ tranſit ſine reſtitutione, ſecus in particulari,
quia ſi traſiret vniuerſale, illud non teneret, ex
quo hæres non reperiretur honoratus, quæ ra-
tio ceſſat in legato particulari, imò in terminis
iſtam rationem, cur ad ſecundum legatarium ſta
tim non tranſeat ius à primò legatario, ponit Sa
li. poſt glo. ibi. in. l. 2. in prin. col. 2. verſi. ſed po
ne quòd rem aliquam. C. de lega.

Sed iſta ratio non videtur procedere quando
primo legatario eſſent legatæ plures res, & vna
tantum ab eo legaretur, quia in aliis remaneret
honoratus, & eodem modo confutatur ratio

Sali

Saly. quare fideicommiſſum conditionale non tranſeat ipſo iure, nam ratio Saly. non eſt generalis, nec procedit quando grauatur hæres reſtituere partem hæreditatis tantum, ita q remaneat hæres abundè honoratus, itaq; ratio Bart. videtur potior inter alias, nam ex quo quæſita eſt ſemel res primo legatario, ab eo recedere nõ debet ipſo iure ſine facto ſuo, aut ſine eius reſtitutione eadem ratione qua fideicõmiſſum vniuerſale ſtatim non tranſit poſtquam heredi ſemel quæſitum eſt, vt ſupra diximus circa ſecundam differentiã inter vniuerſalia & particularia.

193 Decimò fallit † in legato alternatiuo in quo dominium non tranſit ipſo iure propter eius incertitudinem ante factam electionem aut declarationem.l. huiuſmodi.§.ſtichum.infra eodẽ.l. apud Aufidium.ff.de optio. lega. tradit Iaſ. hic col.20.in.fi.nu. 100.

Ratio huius eſt quia in legato alternatiuo vtrũ que eſt in obligatione & petitione.l.illud aut illud. in prin.ff.de conſtitu. pecu. ideò eſſet incõueniens quòd pro vno legato duo dominia, & duo legata tranſirent in legatarium. Nigri hic col. 36.poſt med. Sed iſta ratio non facit ex quo vtrunq; non remanet apud legatarium, ſed electione eſt opus.

Sed q ratio incertitudinis non impediat tranſlationem dominii videtur tex.in.l.3.vbi Bar.in fi. ad hoc notat.ff.de ſerui.lega.vbi ſi teſtator legat eandem rem duobus hoc acto q cuilibet debeatur inſolidum, quo caſu neceſſe eſt q vni detur res, alii æſtimatio, & ſic incertum eſt quid futurum ſit in ſolutione.l.ſi pluribus in fi.infra eod. & tamen à principio tranſit dominium in vtrunq; pro parte, quem tex.in.d.l 3.pro contrario allegat Iaſ. hic col. 21.in prin.

Sed mirandum eſt de Ias.quomodo auſus fuerit allegare illum tex.ad hoc quia ibi non fuit legatus fundus Titio & Meuio, hoc acto, q cuilibet deberetur in ſolidum, imò ſimpliciter, ideò cuilibet debetur pro virili & in ambos trãſit dominium pro virili, nam quando actum eſt q cuilibet debetur inſolidum non tranſit dominium ſtatim nec in vtrunq;, nam id impoſsibile eſt q duo ſint domini inſolidum eiuſdem rei eodem tempore, nec in alterum tantum, quia incertum eſt in quem niſi ſecuta litis conteſtatione, quia tranſit dominium in eum qui prior litem conteſtatus fuerit, & q in.d.l.ſi pluribus, non tranſeat dominium ipſo iure quando legatur eadem res cuilibet inſolidum tenet Ripa hic nu.26 allegat Bar.& alios in.d.l.ſi pluribus, & ſic in legato alternatiuo tranſit dominium, facta declaratione aut electione. ſed vbi eadem res legatur duobus inſolidum tranſit dominium in alterum qui litem prius conteſtatus fuerit.

Aliam rationem quare in legato alternatiuo dominium ſtatim non tranſit ponit Ias. hic col. 20. nu. 100. quia tale dominium eſſet fruſtratorium ſi poſtea aliud eligeretur, Sed iſta ratio confunditur per tex. in.d.l.ſi quando.§.hæres, vbi Bar. infra eo.vbi quando vnum eſt in obligatione & aliud in facultate ſoluendi, tranſit ſtatim dominium quod tamen fruſtratorium fieri poteſt ſi aliud ſoluatur.

Similiter in legato optionis nõ tranſit ſtatim dominium ante factam electionem.l.apud Aufidium.ff.de optio. lega. ratio eſt quia in legato optionis nihil eſt in obligatione ante factam electionem. Barto.in.l.Iulianus.infra.eod.

184 Vndecimò fallit † vt non procedat ſecundũ veritatem, quia dominium legati non tranſit à morte teſtatoris verè ſed fictè, verè autem ab adita hæreditate.l.ſi tibi homo.§.ii.vbi glo.l.ſeruum filii.§.i.vbi glo.infra eo. Tradit glo.in.d.l. ſi Titio.ff.de furtis, idem videtur probari in.l.ſi partem.§.i.ff.quem. ſerui. amittatur vbi tempus præſcriptionis cõtra ſeruitutem legatam ſolum incipit currere à die aditæ hereditatis, ergo ante aditam hereditatem legatum verè non cedit.

Ex quo.tex. infertur notabilis declaratio in hac materia q legatum non cedit à morte teſtatoris in his quæ ſunt damnoſa legatario, puta q currat præſcriptio, ſed ideò non currit præſcriptio cõtra legatarium ante aditam hereditatem, quia ante nõ cedit legatum quoad petitionem, ſeu ante agi non poteſt pro legato cum cedat à morte ſolum quoad tranſmiſsionem.l.2.&.3.§. quan.dies lega.ced.ideò præſcriptio non currit contra non valentem agere.l.i.in fi.C.de annali exceptio.

Et ſi dicatur, quæ vtilitas reſultat legatario q fictè dicitur tranſire dominium ſtatim à morte teſtatoris? reſpondeo q magna eſt vtilitas propter tranſmiſsionem, nam quia cedit legatum à morte teſtatoris trãſmittitur ad hæredes licet de cedat legatarius ante aditam hæreditatem cum ius habeat.i.actionem realem & perſonalem.l. vnica.§.cum igitur.C.de cadu.tollen. ſecus ſi ſolum cederet poſt aditam hæreditatem, quia ante aditã nullum ius haberet, q poſſet tranſmittere.

Secunda vtilitas euidens colligitur ex.d.l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus.ff.de lega.i.nam quia ficte tantum tranſit dominium, acceſsiones quæ non ſunt loco rei legatæ, ſed veniunt extra rem legatam licet occaſione ipſius rei legatæ, non acquiruntur legatario, puta ſi ante aditam hæreditatem ſeruus legatus quid acquirit in vltima voluntate, aut inter viuos.d.§.cum ſeruus. etenim iſta fictio, q dominium rei legatæ fingatur ſemper fuiſſe apud legatarium à morte teſtatoris nõ introducitur fauore legatarii ſed ex neceſsitate iuris quia aditio trahitur retro ad tempus mortis teſtatoris.l.hæres.ff.de acquir. hære. ita Alber.in.l.hæredis aditio.in.fi.& in.l.cũ legato.ff. quan. dies leg.cedit, ſed iſta ratio Alberici non valet,

nam imò in fauorem legatarij inductum eſt, vt cedat dies legati à morte, rurſus ſi ideò cederet dies à morte, quia aditio trahitur retro ad tempus mortis, ſequeretur ꝙ etiam in legato libertatis, aut vſusfructus, aut alio non tranſmiſsibili cederet dies etiam à morte teſtatoris: contra tex. in.d.l.2.&.3. infra quan. dies leg. ce. in.l.vnica.§. in nouiſsimo. C. de cadu. tollen.

Ideò melius dici poteſt, ꝙ iſta fictio ſolum inducitur ex æquitate propter tranſmiſsionem ne pereat legatum mortuo legatario ante aditam hæreditatem ſi nullum ius competat in legato ante aditionem, ideò in legatis tranſmiſsibilibus non cedit dies niſi ab adita hæreditate, quia ceſſat æquitas, & cauſa fictionis.l.2.&.3.ff. quan. dies lega. cedit. Doct. in.l. vnica.§. in nouiſsimo &.§. libertatibus. C. de cadu. tollen.

185 Duodecimò fallit † in legato conditionali in quo non tranſit dominium ipſo iure, quia pendente conditione res dicitur hæredis.l. ſi fur.ff. de vſufru. Hinc videmus, ꝙ ſi ancillæ relinquitur libertas ſub conditione, filii nati ea pendente ſunt ſerui, & pertinēt ad hæredem iure dominii.l.3.C. de fideicom. liber.

Decimotertiò fallit in legato ad diem certam, in quo non tranſit dominium ante ipſam diem.l. ſi vſusfructus.§. plane.ff. de vſufructu. quem. caueat.l. ſempronius attalus.ff. de vſufru. legat. Sali. in.l. fi.§. ſed quia noſtra. in ſecunda oppo. C. com. de legat. Alex. hic col. 10. num. 21. & Ias. col. 20. nu. 97. & latius col. 22. nu. 106. rationem aſsignat Ias. in.d. nu. 106. quia lex nihil fruſtra operatur, ſed fruſtatoria eſſet tranſlatio dominii ante diem, ex quo ante diem effectualiter agi non poteſt, Sed iſta ratio nihil valet, quia ea attenta ſequeretur, ꝙ legata non cederēt à morte teſtatoris, ſed tantum ab adita hæreditate ex quo ante aditam hæreditatem effectualiter agi non poteſt. Præterea fruſtatoria non eſſet trāſlatio, ſi hæres alienaret ante diem, vt agi poteſt contra tertium, nam re facta aliena non videtur tranſire.

Ideò dic, ꝙ ratio eſt, quia dies ſuſpendit executionem legis, quæ eſt vt dominium tranſeat. Corn. in.l. fi.§. ſed quia col. 2. C. com. de lega. Aduerte tamen, ꝙ licet dominium non tranſeat ante diem, cedit tamen legatum à morte teſtatoris, quoad tranſmiſsionem.d.l. Sempronius attalus, vbi Bar. not. Alexan. in.l. ſi mora col. 2. in prin.ff. ſolu. matr. & in conſi. 109. in fin. lib. 2. ſed dicet aliquis, ſi non cedit legatum ad diem certum quoad dominium nec quoad petitionē ante diem, quod ius competit legatario, quod poſsit tranſmittere. Dic ꝙ ex quo dies extitura eſt omnino habetur quoad tranſmiſsionem pro puro, & ſic competit illud ius certū omnino extiturum quod tranſmittitur.

186 Decimoquartò fallit † quādo teſtator expreſsè caueret, ꝙ dominium nō tranſeat niſi apprehenſa poſſeſsione. Bald. in.l.2. in princ. C. vt in poſſeſsionem legatorum. Alex. hic, Soc. in conſil. 65. col.i. lib. 4. Deci. in.l.i. col. 3. circa medi. C. de inſtitut. & ſubſtitu. Ias. in.l. in pupillari. col.i. circa med.ff. de vulga.

Decimoquintò fallit in caſu.l. cum quidam, infra tit. 2. vt quando teſtator quid legat vni ex pluribus certis, quem hæres elegerit, nam etiam poſt moram hæredis in eligendo, durante tamē tempore ad purgandum moram, dominium ſtatim non tranſit, puta teſtator legat libertis quibus hæres volet, tenetur hæres eligere quàm primum poteſt, aliàs dicitur in mora, & tamen antequam aliquis libertorum petat, poteſt hæres moram purgare, & offerre cui voluerit, ergo non tranſit dominium poſt moram, nam ſi tranſiret, iam facta eſſet executio à lege nec purgari poſſet mora, & ita illum tex. citat Ias. in.l. ſi inſulam col. 20. nu. 32.ff. de verb. oblig. poſt Bar. in.d.l. cum quidam.

187 Decimoſexto fallit † quando legatur quantitas in genere, nam dominium non tranſit ante traditionem quod habet pro indubitato. Barto. hic col. pen. circa fi. ideò nihil allegat. Pro hoc eſt glo. in.l.2. in ver. actiones in fin. C. com. de lega. tradit Bar. in.l. omnia. in prin.ff. ſi certum pet. & pro hoc tex. in.l. Titio centum, in prin.ff. de condi. & dem.

Limitatur iſta fallentia quādo legaretur quātitas vt certa ſpecies, puta decem quæ ſunt in archa.l.i.§. ſi decem quæ in archa.ff. vt leg. no. cau. Ias. hic col. 20. poſt med. nu. 99. Addo ꝙ vbi legatur pecunia vt certa ſpecies, non poteſt ſolutio fieri in alia pecunia, vt per Deci. in.l. cum fundus.§. ſeruum tuum.ff. ſi cer. pet.

188 Decimoſeptimò † fallit in legato generis in quo etiam dominium non tranſit ante factam electionem.l.2.ff. de optio. lega. not. in.l. legato generali infra eod. Sali. in.l.i.§.i. col. 2. poſt med. C. com. de lega. Barto. hic col. penu. poſt medium.

Ratio huius eſt propter incertitudinem, quia non magis vnum quàm aliud legatum dici poteſt, ideò ratione incertitudinis dominium tranſire non poteſt, Bar. in.l.2. C. de condi. ex lege. facit idem Bar. in.l.2.§. & harum in fi.ff. de ver. oblig. vbi ꝙ in obligatione generis nullus certus & determinatus eſt in obligatione de præſenti, ſed propter incertitudinem, quia naſcitur quæ res ſoluenda ſit, dicitur ſapere quodāmodo conditionem & cum ſit incertum quæ res ſit ſoluenda, ad incertum non competit rei vendicatio.l. ſi in rem.ff. de rei vendica. Ioa. Fabr. in.§. ſed olim inſtit. de lega. ſequitur Nigr. hic colu. 37. in prin. Addo ꝙ aliam rationem huius fallētiæ ponit Bald. in.d.l.2. col. 2. poſt med. C. com. de lega. quia genus eſt quid intellectuale quod

poſsi

poſsideri non poteſt, ſine qua poſſeſsione rei vendicatio conſiderari nõ poteſt, ſed ratio Bal. procederet quãdo ipſum genus eſſet in legato, ſecus quando vna res corporalis contenta ſub genere, Ideò melior videt̃ ratio incertitudinis.

Ex præmiſsis abſoluto ſic iſta ſecunda differẽtia inter legata aut fideicommiſſa particularia & vniuerſalia circa tranſitum iuris aut domini à morte teſtatoris. Non tango illam differentiam inter particulare & vniuerſale reſpectu trãſmiſsionis, quia videbimus dantibus ſuperis in.l. cũ filio. infra eodem.

189 Tantum † dico, ꝙ gloſ. non videtur conſtituere differentiam inter vniuerſale & particulare reſpectu tranſmiſsionis, imò videtur velle, ꝙ idem ſit in vtroq;, nam in.l.vnica.C. de his qui ante aper. tab. vbi voluit fideicommiſſum conditionale tranſmitti non poſſe non dicit aliud eſſe in particulati. Similiter glo. in.l. is cui.ff. de actio. & oblig. vbi dicit legatum conditionale tranſmitti fauore liberorum non hoc dicit ꝙ ſit differentia inter particulare & vniuerſale ita ꝙ vniuerſale non tranſmitiatur, imò voluit ꝙ etiã vniuerſale tranſmittatur ex.l. quam allegat, nam citat tex.ĩ.l.vnica.§.in nouiſsimo.C.de cad.tol. qui loquitur in vniuerſali ſeu in hereditate non adita quæ tranſmittitur ad liberos, ſed idem cõtendit glo.in particulari ex identitate rationis, & ſic idem clariſsimè & multo ſortius præſupponit in fideicommiſſo vniuerſali, itaq; melius allegaſſet Bar. illas glo. pro contrarijs ꝙ vna velit fideicommiſſum conditionale non tranſmitti ad liberos, quæ ipſa vera eſt & eius ſententia vtimur, altera autem ꝙ imò ſit tranſmiſsio, cuius ſententia non admittitur. Planè idem iuris in legato particulari eſt quod in vniuerſali.

190 Circa illam differentiam † Bar. inter vniuerſale & particulare, quia vniuerſale non reſtituitur procuratori in rem ſuum.l.mulier.§.ex aſſe.ff.de iure dotium. Doct. laborant in ratione diuerſitatis inueſtigãda. Bal.in.l.ſancimus in prin.C.ad Trebellia. aſsignat rationem quia reſtitutio quæ fit per hæredem fideicommiſſario, dicitur quædam ceſsio, ideò ſi fideicõmiſſarius poſſet cedere procuratori in rem ſuam, eſſet ceſsio ceſsionis, quod fieri non poteſt. Sequitur Alex. in.l.apud Iulianum.§.vtrum. in ſecundo nota.ꝶ. ad Trebell. Ias.in.l.ſi ſtipulatus fuerim. in primo not.ff.de verb. obligat. Nigri hic col.25. verſi. ſeptima differentia.

Sed iſta ratio non placet, quia ea attenta ſequeretur ꝙ idem eſſet in legato particulari, eo caſu quo dominium ſtatim non tranſit in legatarium, nam in eo requiritur ceſsio aut reſtitutio.l.Imperator. in prin.infra. tit.i.l.ſi legatarius.ꝶ. tit.2.& tamen relictum particulare ceditur procuratori in rem ſuam.

Secundam rationem diuerſitatis ponit Ias. hic col.57.nu.83.verſi. ſexta differentia, quia iura hæreditaria non poſſunt cedi ex contractu, ideò non poteſt reſtitutio hæreditatis alteri fieri quã cui teſtator iuſsit, quam rationem aſsignat tex. ibi, ſed iſta ratio videtur eadem cum dicto, nam iſtud eſt de quo quæritur quare iura hæreditaria non poſsint cedi per viam contractus cum cedatur hæreditas per donationem, aut venditionẽ toto tit.ff.&.C. de hæredi. vel actio vẽdi. rurſus quare non ceditur fideicommiſſum vniuerſale quemadmodum particulare.

Tertiam rationem diuerſitatis poſuit Iaſon in.l.cum ſecundũ col.2.C.de fideicom. quia ceſsionarius particularis non repreſentat in totam perſonam fideicõmiſſarii cedentis nec in talem ceſsionarium tranſire poſſunt iura fideicõmiſsi actiuè & paſsiuè.l.quædam.§.nihil intereſt.ff.de eden.l.fideicommiſſum.§.tractatum.ff.de iudi.l.fi.ff.de contra. emptio. Ideò impoſsibile eſt ꝙ tranſeat fideicommiſſum vniuerſale in ceſsionarium vt vniuerſale, & ſecũdum naturam ipſius fideicommiſsi quæ eſt vt tranſeat in fideicõmiſſarium omnia iura hæreditaria actiuè & paſsiuè, & ſic licet fiat reſtitutio fideicommiſsi vniuerſalis ceſsionario, tale tamen fideicommiſſum reſtitutum non habet vim fideicommiſsi vniuerſalis, vt fideicommiſſarius poſsit agere & conueniri, & iſtam rationem voluit Bal. quem tamen Ias. non allegat in.l.2.in.i.oppo.C.de pactis, vbi ꝙ ratio.§.ex aſſe. eſt, quia hæres nõ poteſt inuitis creditoribus ius paſsiuum in alium transferre.l.ſi mandato meo.ff.mand.

Sed dicet aliquis licet non poſsit fieri reſtitutio fideicommiſsi ut tranſeant actiones paſsiuæ in ceſsionarium.l.2.C. de hære. vel actio. vẽdi. tamẽ ſaltem valere debet reſtitutio quoad actiones actiuè vt poſsit ceſsionarius agere contra debitores hæreditarios.l. emptor hæreditatis.C.de hæredi. vel actio vendi. Reſpondetur, ꝙ imò nõ valet reſtitutio etiã quoad actiones actiuè, quia iſta tranſlatio actionum oportet ꝙ fiat per cedentem, ſed fideicommiſſarius cedens ante factam reſtitutionem actiones non habet, ob id non poteſt transferre, quod apud eum non eſt.l. traditio.ff. de acq. rerum domi. ipſe autem hæres grauatus transferre non poteſt, quia nudus eſt executor volũtatis teſtatoris nec poteſt transferre ius præter formam ipſius mandati teſtatoris. Teſtator autem mandauit reſtitui fideicommiſſario non ceſsionario.

Iſta tamen ratio reſpectu reſtituentis non videtur concludere, quia voluntas teſtatoris fuit ꝙ fideicommiſſarius poſſet diſponere de fideicõmiſſo ad arbitrium & quoad teſtatorem paria videntur ꝙ reſtituatur fideicommiſſum aut ipſi fideicõmiſſario aut alii de eius voluntate, & hoc modo conſiderando non videtur obſtare illa ratio, ꝙ fideicommiſſarius nõ potuit cedere actio

nes

nes, quas non habebat, fateor ꝙ non potuit cedere actiones contra debitores hæreditarios, quas cedens non habet ante reſtitutionem, ſed tamẽ poteſt cedere actionem ex teſtamento contra hæredem grauatum vt reſtituat hæreditatẽ, quia talem actionem habet fideicommiſſarius cedẽs, & ſic illa ratio procederet quo ad hoc vt non poſsit ceſsionarius agere ante factam reſtitutionem prout cedens non poterat, non quò minus poſsit agere contra grauatum vt reſtituat.

Ideò melior videtur, ꝙ impoſsibile ſit cedi fideicommiſſum vniuerſale vt fiat reſtitutio ceſsionario eo modo quo fieret fideicommiſſario cedenti, quia ſi fieret cedenti, hæres liberaretur ab omnibus oneribus & trãſiret iura omnia actiuè & paſsiuè in ipſum fideicommiſſarium vniuerſalem ſucceſſorem, ſecus in ceſsionarium ſucceſſorem particularem; Sed iſta ratio non videtur generalis, quia ſolum procedit reſpectu iurium paſsiuorum quæ cedi non poſſunt, ſecus in iuribus actiuis. l. 2. C. de hæredi. vel actio. vendi. ideò ſuplendo iſtam rationem dici poteſt, ꝙ licet fideicommiſſarius poſsit diſponere de fideicommiſſo ad arbitrium, illud verum eſt poſt reſtitutionem verbalem aut realẽ, reſtitutio autẽ fieri non poteſt contra aut præter formam diſpoſitionis teſtatoris, ſed relinquendo fideicommiſſum vniuerſale, voluit illud reſtitui ex trebelliano; Itaq; haberet reſtitutio efficaciam trebelliani per quod iura transeunt actiuè & paſsiuè. Itaq; ſi fieret reſtitutio ceſsionario ceſſaret trebellianum, & talis diſpoſitio reperiretur facta contra formam mandati teſtatoris, ob id operari non poteſt tranſlationẽ aliquam iurium etiã actiuè, quia hæres non poteſt diſponere de iuribus hæreditariis contra voluntatem teſtatoris, nam ſolum transferre poteſt iura quæ hæres habet, Sed in fideicommiſſo vniuerſali hæres grauatus ius non habet, de quo poſsit diſponere niſi vt reſtituat ſecundum voluntatem & mandatum ipſius teſtatoris.

191 Sed iſta ratio † adhuc habet nodum, quia ꝙ tranſeant iura paſsiuè ex reſtitutione, quæ fit per trebellianum, iſtud videtur introductum in fauorem grauati quo immunis fiat ab oneribus hæreditariis, hinc eſt, ꝙ cogi poteſt vt adeat, quia damnum nõ ſuſtinet tranſlatis iuribus paſsiuis, ſed tali fauori videtur ꝙ poſsit grauatus renunciare reſtituendo fideicommiſſum ceſsionario transferendo iura actiue tantum. l. pen. C. de pactis. ſed magis in terminis facit tex. in .l. i. vbi Bar. col. fi. C. eo. tit. de pactis. vbi valet pactum contra diſpoſitionem teſtatoris volente illo, cuius fauore teſtator diſpoſuit. Ad idem text. in .l. quotiens .i. C de fideicomm. vbi is cuius fauore alienatio prohibita eſt à teſtatore, poteſt fauori ſuo renunciare, & conſentire alienationi contra prohibitionem teſtatoris. Ad idem tex. in .l. nihil. §. omnibus. infra. eo. tradit Oldra. in conſ. 241. factum tale eſt in fi. Pau. de Caſt. in conſi. 131. videtur dicendum ꝙ dicti filii, & in conſ. 247. in cauſa quæ vertitur ſaone colu. 2. circa med. & in conſi. 332. viſo teſtamento Michaelis col. i. circa fi. lib. i. Deci. in conſil. 249. col. i. & 2. & in conſil. 442. col. 4. verſic. & pro confirmatione. Solutio iſte tranſitus iurium introductus eſt per trebellianum quando fieret reſtitutio ex trebelliano in fideicommiſſarium vniuerſalem, quia in particulari ſucceſſore non procedit. Secundò reſpondeo ꝙ argumentum procederet quando grauatus expreſsè ageret de reſtituendo fideicõmiſſum, quoad iura actiuè ita ꝙ ipſe remaneat obnoxius hæreditati, nam ad ſui præiudicium hoc forte poſſet præſtare, ſed text. in. d. §. ex aſſe, loquitur quando grauatus ſimpliciter promiſit ceſsionario fideicommiſſum vniuerſale putans ex reſtrictione facienda ipſi ceſsionario effectum trebelliani impleri, quod cũ haberi non poſsit, dicit tex. quòd ipſe grauatus non obligatur ex promiſsione ſua per quam impoſsibile eſt reſtitutionem fieri ex trebelliano ſeu vt trebelliani efficaciam habeat ſecundum mentem contrahentium.

Aliam rationem dicti. §. ex aſſe, ponit Crotus poſt Bald. & Areti. in. l. 1. col. 10. circa med. verſi. aliam rationem. ff. de lega. i. quia iura vniuerſalia magis inherẽt oſsibus quàm particularia Sed iſta ratio non videtur bona quo ad actiones actiuè, quia ea attenta ſequeretur, ꝙ hæreditas cedi non poſſet. contra titu. ff. & C. de hæredit. vel action. vendi. Prætetea iſta ratio militaret quoad iura directa, quæ oſsibus herent ſecus in vtilibus, quæ transferri poſſunt. l. ex legato. C. de lega.

Aduertendum eſt etiam ad iſtum text. quia Ias. in. l. reconiuncti. col. 33. nu. 113. ff. de leg. 3. voluit ꝙ ille tex. ſolum procedat in iuribus vtilibus vniuerſalibus, ſecus in iuribus vtilibus particularibus, quia iura vtilia particularia tranſeunt in ceſsionarium aut in emptorẽ hæreditatis actiuè & paſsiuè per tex. in. l. emptor. C. de hæredi. vel actio. vendi. nam ſecundum Ias. differentia eſt inter iura vtilia vniuerſalia, & iura vtilia particularia, vt declarat Bar. in. l. ex aſſe. ff. ad Trebellia. Ex quo dicto Ias. infertur ꝙ tex. in. d. l. ſi mulier. §. ex aſſe. non procedit iurium vtilium particularium, & ſic ceſsionarius cui ceſſum eſt ius fideicommiſsi, poterit agere contra debitores hæreditarios, & ſimiliter creditores hæreditarii poterunt agere contra ipſum emptorem, aut ceſsionarium licet pro vniuerſali fideicommiſſo non poſsit ceſsionarius agere neq; conueniri.

Sed aduerte, quia Ias. peſsimè loquitur, ꝙ in emptorem hæreditatis tranſeant iura vtilia particularia actiuè & paſsiuè, nam iſtud eſt contra

tex.

text. in .d.l.2.C. de hæredi. vel actio. vendi. vbi emptor hæreditatis non poteſt coueniri à creditoribus, ſeu legatariis hæreditatis & pro iuribus particularibus vtilibus.

Nec obſtat tex. in .d.l. empor.C. eo. tit. quia tex. non dicit ꝙ empor hæreditatis poſſit conueniri à creditoribus aut legatariis, ſed tantum ꝙ poteſt ipſe agere actionibus directis nomine cedentis, aut vtilibus proprio nomine.

Non obſtat doctri. Barto. in.d.l. ex aſſe.ff. ad trebel. quia Bar. non loquitur ꝙ iura vtilia particularia tranſeant in ſingularem ſucceſſore aut ceſsionarii actiuè & paſſiuè, neq; id dicere potuiſſet, ſed loquitur Bar. in ſucceſſore vniuerſali & in ſecundo fideicommiſſario in quem verum eſt, ꝙ tranſeunt iura vtilia actiuè & paſſiuè, vt per Iaſon. in .d.l. cum ſecundum col.2.C. de fideicommiſ.

Alium intellectum ad illum tex. in .l. ex aſſe. ponit Crotus hic col.14. verſi. ſeptima concluſio. vbi tenet, ꝙ fideicommiſſum vniuerſale poteſt cedi, licet non poſſit delegari, & ꝙ text. in .d.l. ex aſſe. loquitur in delegatione nó in ceſſione, & aſsignat Crotus rationem diuerſitatis inter delegationem & ceſsionem, quia per delegationem extinguitur duplex obligatio delegātis & delegati. Pau.de Caſt. in.l. ſi vſuſfructus debitorem .ff. de nouatio. ideò non poteſt hæres grauatus delegari creditori fideicōmiſſarii, quia hoc modo hæres non teneretur amplius fideicōmiſſario, ſed creditori hæredis delegantis, & ſic fieret tranſlatio in alium, quàm in eum in quem teſtator iuſsit, ſecus in ceſsione, quia per eam remanet hæres adhuc obligatus fideicōmiſſario .l. .3.C. de nouatio.

Sed Crotus in hoc ſubtiliter nimiū egit, quia etiam per ceſsionem extinguitur obligatio hæredis grauati erga fideicommiſſarium, interueniente aliquo ex tribus, de quibus in.d.l.3.C. de nouatio. Secundò dico, ꝙ eadē eſt ratio in ceſſione quæ in delegatione, quia etiam per ceſsionem non poteſt transferri ius vniuerſale fideicō miſsi in ceſsionarium, vt habeat reſtitutio vim Trebellianicæ reſtitutionis & tranſlationis iurium actiuè & paſſiuè, quia per ceſsionem nó tranſeunt iura paſſiuè in ceſsionarium vt ſupra eſt dictum.

Tertiò iſta intelligentia videtur contra rationem tex. generalem, nam ratio tex. eſt generalis ad omnem tranſlationem ſiue fiat per modū ceſsionis ſiue delegationis, ideò generaliter debet intelligi, licet dictum legis ſit ſpeciale .l. cū pater. §. dulciſsim. is.ff. de lega.2.

Quartò iſte intellectus Croti eſt contra text. in.l. ſi non ſortem.§. libertus.in fin.ff. de condi. indebi. vbi operæ liberti obſequiales aut officiales, quæ alteri cedi non poſſunt, non poſſunt etiam delegari.

Poteſt tamen reſtitui fideicōmiſſum vniuerſale ceſsionario nomine ipſius cedentis & operabitur tunc reſtitutio effectū Trebelliani vt tranſeant iura in ceſsionarium nomine cedentis &, hæres liberetur. Ange. & Imol.in.l. ille à quo.§. vtrum .ff. ad Trebel. Benedict. de Barziis in tracta. guaren. in.i. parte in nona .q. col.3. de quo per Alex. in .d.§. vtrum.ad quem etiam ſe remittit Nigr. hic col.26.

Quarta differentia inter relictum vniuerſale & particulare eſt, quia vniuerſale poteſt fieri ab eo qui ſoluendo non ſit ſicut inſtitutio hæredis, particulare autem non.l. quæ ſub conditione.§. hoc edictum .ff. de condi. inſtitut.l.i.§. ſi is qui quadraginta, & .l. ſi hæres ab eod. in princ.ff. ad Trebellia. Idem in donatione cauſa mortis, quæ non valet facta ab eo qui ſoluendo non ſit, licet ceſſet animus fraudandi creditores.l. & ſi debitor.ff. de donat. cauſa mortis.l.i.§.i.ff. ſi quid in frau. patroni.

Ratio huius eſt, quia ſi valeret fideicommiſſum particulare aut legatum fieret præiudicium creditoribus, quibus ante omnia ſolui debet, ob id, legata & fideicommiſſa particularia nihil valent, quando deducto ære alieno nihil ſupereſt de hæreditate.l. ſi vniuerſæ.C. de lega.

Ex qua ratione infertur, ꝙ vbi nō fieret præiudicium creditoribus valerent legata & fideicōmiſſa particularia, puta ſi heres teneatur vltra vires hæreditarias non facto inuentario. Bart. & Doct. hic col.3. poſt med. verſi. item addit Dy. & ibi Ias. col.16. nu.75.

Idem ſi legetur fundus legatario cum onere, ꝙ teneatur legatarius ſatisfacere creditoribus ſi legatarius acceptet legatum, quia ſua intereſt carius habere propter vicinitatem aut aliam affectionem. glo. Ange. & Moder. in .l. ſeruum filii .§. ſi idem ſeruus. in ver. in frau. infra eo. Ias. hic col.16. nu.76.

Similiter valet legatum aut fideicommiſſum particulare, licet hæreditas ſoluendo nō ſit quando legatur pars bonorum .l. ſi quis ſeruum .§. ſi. cum.l. ſeq.ff. de lega.2. nam bona intelliguntur deducto ære alieno.l. ſubſignatum.§. bona & .l. princeps bona .ff. de ver. ſign. Ias. hic col.16. in fi. verſi. ſecundo exemplifica.

Sed miror de Ias. & eius exemplo, quia ſi deducitur æs alienum, & hæreditas ſoluendo non eſt, ergo neceſſario dicendum eſt legatum fieri nullum.

Infertur etiam ex præmiſſa ratione ſecus eſſe in fideicommiſſo vniuerſali, quod valet, licet hæreditas ſoluendo non, ſit ratio quia non tractatur de præiudicio creditorum cum teneatur fideicommiſſarius vniuerſalis ad onera. Bart. & Doct. hic col.3. poſt med. verſi. item addit Dy. & ibi Ias. col.16. nu.75.

Et ſi dicatur imò effectualiter cōſiderādo nō

videtur differentia inter fideicommiſſum particulare & vniuerſale, ex quo fideicōmiſſarius vniuerſalis tenetur ad onera quibus ſolutis ineſficax fideicommiſſum futurum ſit. Reſpondeo q imò eſt vtilitas, quia in fideicōmiſſo particulari hæres non tenetur præſtare aliquid fideicommiſſario, ſed ſatisfacit creditoribus, vniuerſale autem fideicommiſſum tenetur præſtare & ipſe fideicommiſſarius ſatiſfacit creditoribus; vtilitas autem reſtitutionis magna eſſe poteſt, quia interſit fideicommiſſarii habere corpora hereditaria & ſatisfacere creditoribus in pecunia.

192 Quinta differentia † quia in fideicomiſſarium vniuerſalem tranſeunt omnia iura actiua & paſſiua facta reſtitutione. l. apud Iulianum. §. antiſti. ff. ad Trebellia.

Secus in fideicommiſſarium particularem, in quem non tranſeunt iura actiua & paſſiua: cum ſit ſingularis ſucceſſor. l. i. §. ſi hæres percepto fundo. ff. ad Trebellia. l. ſi. §. ſi. ff. de contra. emptio. Ias. hic col. 15. in prin. no. 66. poteſt tamen teſtator grauare legatarium, aut fideicommiſſarium, vt teneatur ad onera. iuxta. l. Imperator. in prin. &. §. ſi centum & §. ſequ. infra. tit. l. i. §. ſciendū. infra. tit. 2. l. ab. eo. C. de fideicom. & quando legatarius particularis teneatur ad onera. tradit Roma. in conſi. 189. col. i.

Sexta differentia, quia licet hæres repudiet hæreditatem, tamen non extinguitur fideicōmiſſū vniuerſale, quia cogi poteſt hæres vt adeat, ſecus in legato particulari quod corruit hæreditate nō adita. l. ſi nemo. ff. de teſta. tutela. l. ſi nemo ſubit. ff. de regu. iur. l. eam quam. C. de fideicom. & iſtam differentiam dicit ſe ponere vltra ſcribentes. Ias. hic col. 15. num 67.

Sed eſt vna truffa, imò glo. & ſcribentes omnes ponunt hic, nam dicunt q fideicōmiſſarius particularis non poteſt cogere hæredē vt adeat, ergo clare dicunt q fideicommiſſa & legata particularia corruunt hæreditate non adita, nam ob aliam cauſam nō quæritur an hæres cogi poſſit vt adeat, niſi vt ſciatur an relicta valeant, aut corruant.

193 Septima differētia † quia dominium fideicōmiſſi, aut legati particularis quæritur ignoranti. l. cum pater. §. ſurdo. ff. de lega. 2. ſed dominium fideicommiſſi vniuerſalis non acquiritur niſi volenti & acceptanti etiam in caſibus in quibus iure trāſferetur fideicommiſſum vniuerſale ipſo iure, de quibus in. l. pen. C. ad Trebel. Iſte eſt caſus in l. i. §. ſed quotiens, vbi Soci. col. 2. poſt Paul. de Caſt. ff. ad Trebellia. & per tex. in. l. cogi. §. metianus. eo. tit. ſequitur Nigri hic col. 22. nu. 37.

Sed conſidera, q etiam legatum particulare licet tranſeat ipſo iure, tamen non acquiritur inuito quominus poſſit repudiari, itaq; nulla in hoc videtur differentia inter vniuerſale, & particulare quando vtrunq; tranſit. Conſidera etiam q iſta differentia videtur eadem cum ſecunda differentia, nam q legatum quæratur ignoranti iſtud eſt, quia tranſit ipſo iure, q autem fideicommiſſum vniuerſale nō quæratur ignoranti, iſtud eſt quia deſideratur reſtitutio verbalis, aut realis, quæ niſi volenti fieri non poteſt, ideò data paritate, idem videtur in vtroq;, vt ignoranti acquiratur cum iure tamen repudiandi. l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. infra. eodem.

194 Octaua differentia † quia. l. cum auus. ff. de cō di. & demon. in fideicommiſſo vniuerſali locū habet, licet filii iam eſſent nati tempore impoſiti grauaminis, ſecus in fideicommiſſo particulari. Soc. in. d. l. cum auus, col. 15. verſi. ſecundus caſus, ſequitur Nigri hic col. 27. verſi. nona differentia.

Sed tamen Soci. in fi. q. relinquit cogitandum, quia idem videtur in fideicomiſſo vniuerſali, vt tacita condicio. d. l. cum auus. ſolum referatur ad filios naſcituros, non etiam ad iam natos de quibus teſtator cogitauit, vt per Soci. in. d. l. cū auus. col. 42. in. fi. verſi. extra Bar. & col. 61. ver. capio nunc ſecundum caſum. quam opi. tenet Roma. in conſi. 370. circa fi. Deci. in. l. generaliter. col. 4. poſt med. C. de inſti. & ſubſti. in conſ. 284 col. pen. circa med. in conſi. 366. col. 3. ante med. & in conſi. 581. col. 2. circa med. Curti. Iunior in conſi. 33. col. 4.

Abſolutis differētiis inter particularia & vniuerſalia, venio ad dicta Bar. circa actiones quæ competunt pro legatis, in qua re circa actionē perſonalem ex teſtamento, facio regulam cum ampliationibus & limitationibus. Regula eſt † q

195 pro legatis regulariter competit actio perſonalis ex teſtamento etiam de iure digeſtorum. l. ſi tibi homo. in prin. infra. eodem.

Quæ actio perſonalis cauſatur ab aditione hæredis per quam quaſi contrahitur cum legatariis & creditoribus. l. apud Iulianū. §. ſi. ff. ex quibus cau. in poſſeſſ. eatur. §. hæres. inſti. de obli. quæ ex quaſi contra. glo. in. l. vni. §. cum igitur. in ver. cedere. C. de cadu. tollen. Alex. hic col. 10. in. fi. & Iaſ. col. 19. in quinta limitatione, vbi propterea Ias. infert q ceſſante aditione ceſſat & actio. ex teſtamento.

Ampliatur vt procedat etiam pro legatis relictis in codicillis, nam ſi fiunt codicilli cōdito teſtamento, competit actio ex teſtamento directa Sali. in. l. 1. in fi. poſt glo. ibi. C. com. de lega. Iaſ. in. l. fi. C. de codicil. pro quo videtur text. in. l. libertates directæ. ff. de manu. teſta. vbi libertas directa dari non poteſt in codicillis teſtamento cōfirmatis, licet ſecus ab inteſtato. quicquid aliter arguat Nigri hic nu. 50.

Si autem fiunt codicilli ſine teſtamento pro legatis relictis in eis cōpetit actio vtilis ex teſtamento. glo. fi. & ibi Bar. in. l. i. ff. de teſta. glo. & Doct. in. d. l. ii. in ver. perſonales. C. com. de lega.

Amplia

196 Ampliatur ſecundo † vt procedat in legatis quæ conſeruantur per authen.ex cauſa.C.de lib. præter. vt hic per Ias.col.18.per tex.in.l.fi.ff. de hære. inſti.

Nec ob. fundamentum ignei relatum per Nigri hic poſt nu.50.ꝙ debeat competere condictio ex.l.non actio ex teſtamento irritato, quia reſpectu legatorum non cenſetur irritatū, imò reſpectu legatorum perinde eſt ac ſi hæres legitimus ſcriptus eſſet in teſtamento.d.l.fi.in fi.ff. de hæredi inſti.

Ampliatur tertiò vt procedat etiam in legatis quæ cōſeruantur de iure ſpeciali coniunctis perſonis, iuxta titu.ff.de lega.pre. Bald.& Ange.in d.l.i.in fi.C.de bonor.poſſeſs.contra tabul.Ias. in d.l.i.col.3.verſi. ſecundo amplia.C.com.de lega.

Contra Bal. & Ange.tenet Ias.hic col.18.in tertia ampliatione. Sequitur Nigri colu.29.in prin.verſi.3.procedit.& col.32.in fi.per dictum Bar.in.l.in teſtamento, in vltima.q.ff.de condi. & demon.vbi quando conditio habetur pro impleta de iure ſpeciali fauore libertatis, iuxta tex. in.l.ſi peculium.§.is cui ſeruus ff. de ſtatualib.nō competit actio ex teſtamento ſed actio in factū vel officium iudicis.

Sed argumentum Ias.contra Bal.& Ange.nō videtur obſtare, quia arguit ex diuerſis habentibus rationem diuerſam & ſeparatam, nam quādo conditio habetur pro impleta de iure ſpeciali, ꝙ legatum conſeruetur, illud eſt contra verba & mentem teſtatoris, nimirum ſi non competit actio ex teſtamento ſecus in legatis quæ cōſeruantur per titu.de lega.præſtan. quia illa conſeruatio fit ſecundum voluntatem ipſius teſtatoris qui voluit legata præſtari, hinc videmus ꝙ vbi habetur conditio pro impleta de iure communi quia ſtat per hæredem quominus impleatur, tūc actio competit ex teſtamento quia habetur pro impleta ſecundum voluntatem teſtatoris.Bar.in d.l.in teſtamento. in vltima.q.Iaſ.hic col.19. in tertia limitatione.

197 Sed hic aduertendum † quia Imol.in.d.l.in teſtamento.ff.de cōdi.& dem.voluit ꝙ etiam pro legato quod conſeruatur de iure ſpeciali quando reiicitur conditio, aut illa habetur pro impleta de iure ſpeciali, competat actio ex teſtamento, per tex.in.l.ſtichum..§.pen.ff.de ſtatuliber. vbi ꝙ libertas competit ex teſtamento non autem iure conſtituto. Imole opi.ſequitur Soci. ibi.Crotus hic col.18.in fi.& ſeq.mouetur Cro, tribus fundamentis. Primò quia non minus competit actio pro legatis quæ conſeruantur de iure ſpeciali quàm pro illis quæ valent de iure cōmuni, & legatum quod conſeruatur de iure ſpeciali, operatur eundem effectum.l.i.in prin.ff.de legat.pre.glo.in.l.ſi.emancipato. eo.tit. facit tex. in.l.filium.§.ſi.eod.tit.allegat etiam Anchar. in conſi.405.tria dubia.

Sed reſpondeo, verum eſſe ꝙ competit actio pro tali legato, tamen competere non poteſt actio ex teſtamento, ex quo talis conſeruatio legati habet contra ſe voluntatem teſtatoris.

Secundò mouetur Crotus per tex. in.d.l. ſtichum.§. pen.ff. de ſtatulib. ſed ille tex. non dicit, ꝙ competat actio ex teſtamento, licet conſequatur libertatem ex teſtamento, nam dictio ex, ibi non poteſt ſignificare cauſam proximam ex quo non conſequitur ſeruus libertatem immediate ex teſtamento, ſed mediante ſupplemēto iuris, quod condicionem illam pro impleta habet, ergo neceſſe eſt exponere illa verba ex teſtamento ideſt propter teſtamentum, ſeu conſequitur libertatem ex teſtamento, ideſt relictā in teſtamento, nec iſta expoſitio impropria aut extranea videri poteſt cū ita fiat ex neceſsitate.

Aliter reſpondet Corn. ad.d.§ pen. in.l.2.C. de inſti. & ſub. ꝙ in.d.§. pen. implementū conditionis erat impoſsibile, quia Titius cui dandū erat deceſſerat viuo teſtatore, ob id habetur cōditio pro impleta de iure communi, quam reſponſionem ſequitur Iaco. Nigr. hic col.32.

Tertiò mouetur Crotus per tex. in.§.i. inſtit, de eo, cui libe. cau. bona adiiciuntur.vbi ꝙ competit libertas ex illa conditione ac ſi ex teſtamēto hæreditatis adita eſſet, ergo competit actio ex teſtamento, ſed illud quia ſeruus qui conſequitur libertatem habet voluntatem teſtatoris pro ſe cum illa adiectio fiat in fauorē teſtatoris & ad voluntatem eius tuendam.

Quartò Soci. in.d.l.in teſtamento mouetur, quia ex quo ex diſpoſitione iuris conditio habetur pro impleta, debet competere actio vtilis ex teſtamento iuxta no. per Bar. in.l. curatoris.C. de negoti. geſt. ideò verba ex conſtituto iure poſita in.d.l. ſi peculium.§. is cui, debent exponi ideſt ex diſpoſitione iuris, quæ debet extēdi ad hunc caſum, & ſic vtilis debet competere.

Sed Nigr. hic reſpondet col.32. poſt med. ꝙ actio vtilis tunc competit quando aliquid inducitur per identitatem aut ſimilitudinem rationis Bar. in.d.l. curatoris, ſed non eſt par ratio dandi actionem vtilem ex teſtamento quando conditio habetur impleta de iure ſpeciali, imò ſecūdum rationem iuris conditio dicitur defecta, vt dicit tex. in.d.l. ſtichum.§. pen. vbi ꝙ Labeonis & Oſilii ſentētia rationem habet, clarius declaro. actio vtilis competit per extenſionem legis ex ſola mente legis quando verba legis deficiunt & mens legis ſumitur ab idētitate rationis.l.pe. ff. ſi quadru. pan. ſe. di.l.3.§. hæc actio.ff. de nego. ge. & ad.d.l. curatoris. Sali. in.l.s. col.8.C. de actio. & obliga. ſed mens legis hic ceſſat ceſſante identitate rationis.

198 Limitatur memorata † regula vt non procedat quando conſeruantur legata per titulum ſi quis omiſſa cau. teſt. hærede repudiante ex teſta

mento in fraudem legatariorum, & aduerte ab
inteſtato, nam ceſſat ex teſtamento, & compe-
tit actio in factum prætoria. Bar. in .l. ſi quis pe-
cuniam. ꝫ. ſi quis omiſſa cau. teſta. per illum tex.
& per.l. præceden. cum ſimil. vt hic per Ias. col.
.19. verſic. quartò vltra Bart. limita. tradit idem
Ias. in.l. ſi hæredis ſeruus in.2. nota. infra eo.

Duos effectus, vtrum competat actio ex teſta
mento, an actio in factũ, ponit Ias.hic.d. col.19.
num.89. & in .d.l. ſi hæredis ſeruus. in ſecuodo
not. Effectum etiam propter acceſſoria, an ve-
niant ex tẽpore moræ aut poſt litem conte. po-
nit Alex. hic col. 13. num. 29. Tertium effectum
ponunt Bal. & Sali. in.l. fi.C. ſi quis omiſſa cau.
teſta. quia actio in factum non habet priuilegia,
quæ obtinet actio ex teſtamento circa tacitam
hypothecam & actionem in rem. De quo tamẽ
effectu vide quæ dixi ſupra in ſecunda fallentia
ad regu. ꝙ dominium legati particularis tranſit
à morte teſtatoris. Quartum effectum ponunt
etiam Bal. & Sali. in .d.l. fi. quia actio in factum
non datur contra hæredem omittentis in fraudẽ
niſi quatenus ad eum peruenit, ſecus in actione
ex teſtamento vtili. Aduertendum eſt etiam ad
vtilitatem Ias. ꝙ actio in factum prætoria ſolum
durat anno, quia iſtud non videtur hic procede
re cum ſit rei perſecutoria non pœnalis.l. in ho-
norariis. in prin.ff. de actio. & obli. Ias. in.§.ſed
iſte nu.30. inſtit. de actio. ſimiliter actio præto-
ria dicitur perpetua quando ſubrogatur in locũ
actionis ciuilis, prout hic. Ang. in conſilio 202.
colu.2.

Sed hic aduertendum, primò quia Ias.hic pro
hac limitatiooe allegat etiam Bal. & Sali. in .d.l.
fi.C. ſi quis omiſſa cau. teſta. Idem facit Crotus
hic col.17. in fi. Nigr. col.29. nu.51. Sed Bald.
& Salic. ad eum modum non loquuntur nec ſe-
quuntur Bart. imò expreſsè reprobant eo caſu
quo repudians ex teſtamento adit ab inteſtato,
nam volunt ꝙ tunc detur actio vtilis ex teſtamẽ
to, quæ naſcitur ex quaſi contractu aditionis,
Tunc autem volunt actiooem in factum ſolum
competere quando hæres omnino repudiat in
fraudem legatariorum nec adit ab inteſtato pu-
ta accepta pecunia vt locum faciat hæredi legiti
mo aut ſubſtituto eo caſu quo ſubſtitutus non
tenetur ad legata, ideò quatenus laborat Crotus
vt teneat contra Bal. & Salj. fruſtra molitur, nã
loquitur Crotus quando repudians ex teſtamen
to adit ab inteſtato, quo caſu etiam Bal. & Sali.
concedunt actionem competere ex teſtamento.
At vbi non aditur hæreditas per repudiantem
omnino, ceſſat materia ex qua actio ex teſtamẽ-
to poſsit generari.

Alias limitationes, in quibus nõ cõpetit actio
perſonalis ex teſtamento, ponuot Moder.repe-
ten. hic, maximè Nigr.colum.31.ſed non curo
referre.

Circa actionẽ realem quando cõpetat pro lega-
to recurrendũ eſt ad ea quæ diximus ſuper tertia
regula Bar.in ſecunda differentia inter vniuerſa
lia & particularia, nam in caſibus in quibus tran-
ſit dominium, competit actio realis.aliàs ſecus.

199 Hic etiam † aduertendum ꝙ in legato rei in-
corporalis non cõſideratur rei vendicatio.l. ven
dicatio.ff.de rei vendica.ideo competit actio cõ
feſſoria.l.vti frui.ff.ſi vſusfructus. pet. Io. Fabri.
inſti.de lega.in prin. Ex quo infertur ad verita-
tem intellectus per me traditi ad tex.in.d.l.i.§.ſi
decem quæ in archa.ff.vt leg.nomi.cauea. dum
tex.vtitur verbo petiturum, vt intelligatur actio
ne reali cõfeſſoria, quia ſolum legatus eſt vſus-
fructus, & licet tranſeat proprietas, illud eſt ex
neceſsitate quadam, ideò mero iure proprietas
pertinet ad aliũm legatariũ proprietatis ad quẽ
effectualiter proprietas reditura eſt, licet io alia
re eiuſdem generis.

200 Circa officium † iudicis, ꝙ competit pro le-
gato in quo ſolum cõſideratur authoritas & cõ-
ſeruatio voluntatis teſtatoris, per.l.quintus.in-
fra de annuis lega. quæ.l.iſtud.probat etiam in fi
liis teſtatoris eo caſu quo eſſent hæredes inſoli-
dum, nam tunc legatum valere non poteſt vt le
gatum, quia hæredi à ſeipſo legari non poteſt.l.
plane.§.ſi duobus infra eo.nec continet legatũ
vtilitatem heredum, qui omnino citra legatum
illam quantitatem erant habituri, & tamen per
ſonæ apud quam hæredes educarentur, compe
tit officium iudicis contra tutorem ad præſtatio
nem quantitatis legatæ, vt voluntas, & autho-
ritas teſtatoris impleatur quemadmodum & in
alio exemplo.d.l. At vbi extranei fuiſſent hære-
des, in caſu.d.l.quintus. aut filii ipſi pro parte tã
tum, valeret legatum pro parte cohæredum, &
actio competeret, non officium iudicis. In du-
bio tamen licet filii eſſent hæredes inſolidum,
illa quantitas cenſetur relicta ad prouidentiam,
& vtilitatem ipſorum filiorum. Nec ob. ꝙ hære
di à ſeipſo legari non poteſt, quia non valet vt
legatum, ſed ad demonſtrãdum quantum poſſet
tutor impendere in alimenta pupillorum citra
